BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
14 Q
1 11

Venezia (M. Tramezzino)
1544.

INCIPIVNT DECISIONES SEV conclusiones per R.P.D.Gulielmum Caſſado-rem Epiſcopum Algaren.utriuſq; ſignatu-ſę referendarium ac ſacri palatii Apo ſtolici cauſarum auditorem ſuo tempore recollectæ.

De Conſtitutionibus.

Primæ deciſionis de conſti.Summarium.

Extrauagans execrabilis.§.qui uero in tit.de præben. priuat curatis non ſimplicibus beneficiis obtetis licet in-habitet ad obtinenda.

Epithome.

1 Ponit quatuor tempora quibus uaria fuerunt condita ſtatuta contra retinentes inſimul plura curata beneficia eccleſiaſtica.

2 Priuationis pœna inducta per.§. qui uero. extrauagantis execrabilis extenditur tantū ad obtenta curata & alia inibi expreſſa beneficia citra ſimplicia inhabilitatis uero extēditur ad omnia obtinēda tā curata q̄ ſimplicia.

3 An poſſit quis plura eccleſiaſtica beneficia ſimplicia inſimul retinere ſiue exigant reſidentiam ſiue non uide remisſiue.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Deciſio prima de conſti.

1 ANTE Conciliū Lateranen.quod fuit celebratum ab Alexandro tertio Senen. Anno.M.C.LXXIX. Anto.Io. An.c.cum apoſtolica de hiis quæ fi.a præla.& c.nemo deinceps de electio. lib.vi.in nouella de quo in.c.quia non nulli de cle.non reſiden. obtinens plura beneficia curata non priuabatur ſe-

13-25. 4.3

cundo ſed habebat optionem retinendi primũ uel ſecun-
dum.c.referente.c.præterea de præben. Tempore uero
dicti concilii reſtricta fuit facultas, & ſtatutum ut priuare-
tur ſecundo,non quod ipſo iure eſſet priuatus ut dicto.c.
quia nonnulli.ſucceſſiue per.c.de multa de præben.indu
ctum fuit ꝗ per aſſecutionem ſecũdi curati dignitatis aut
perſonatus & idem uicariæ perpetuæ per cle. unicam de
offi.uic.primũ ipſo facto uacaret & ſi illud retinere cõten
deret quod etiam alio ſpoliaretur. Vltimo ꝑ extrauagan-
tem execrabilis Ioannis.xxii.in titu. de præben.§.qui ue-
ro fuit ſtatutũ ꝗ recipiens ſecundum ut ſupra,niſi poſt ha
bitam ipſius poſſeſſionem pacificam , uel ſi per eum ſta-
ret quominus habuerint.c.cõmiſſa de elect.c.licet epiſco
pus de præbend.in.vi. dimitteret primum eſſet priuatus
utroq; & inhabilis ad ordines & beneficia . Hæc quatuor
tempora colligit Abbas in dicto.c.quia nonnulli.Dictam
extrauagantẽ quo ad ſimplicia beneficia intellexit Rota
in una legionen.parochialis de portilleto coram me mil
2 leſimo quingenteſimo decimotertio † ut nõ priuetur ſim
plicibus obtentis ſed curatis & aliis de quibus exprimitur
in.§.qui uero deinceps iuncta glo.in uerbo,quodcunque
clarius & eleganter in.§.ſtatuimus uerſi.Alioquin in glo.
ſuper uerb.beneficia ſumpto argumento a contrario ſen-
ſu . Et quia inhabilitas inducta in certis beneficiis utputa
in obtinendis non extenditur ad alia , puta ad obtenta de
electio.c.ſtatutũ li.vi.cum debeamus eſſe contenti pœnis
legibus comprehenſis.l.ſi ita ſtipulatio.ff.de uerb. oblig.
& ita dicta extrauagans erit contenta ſuis terminis.l.in
agris de acqui.re.do.l.cum quidam de lib. & poſth.l.in-
terpretationi.ff.de pe.regula odia de reg.iur.in.vi.c.i. de
ſepultu.& facit glo.in.c.fi.de iur.patro.quanuis ad obti-
nenda inhabilitet , & ita condemnaui Garſiam de horre-
ra poſſeſſorem in beneficio ſimplici habito poſt incur-
ſum pœnæ dictæ extrauag. & abſolui in alio quod antea
habuerat. An † autẽ inſimul poſſet quis habere plura be-
3 neficia non curata & ſimplicia uideatur plenæ Abb.in.c.

extirpandæ.§.q uero in repeti.x.col.de præben.Et ſi non exigant reſidentiam col.xv.iii.q.Si uero exigat col.xxiii. ibi quære certum eſt & de pluribus prębendis atq; ſimplicibus etiam in.c.cum iam dudum &.c.cum non ignoras eo.tit.& Gof.in ſum.eo.tit.col.ii.

Secundæ deciſionis de conſti.Summarium.

Extrauagans ad regimen Benedict.xii.in titu.de præben.reſeruans beneficia quæ promoti tempore promotionum ſuarum ad eccleſias & monaſteria obtinebant, locum habet etiam in beneficiis quæ poſt promotionē ante conſecrationem dimittunt.

Epithome.

1 Per promotionem ad eccleſiarum cathedralium regimina nō uacant de iure priora beneficia obtenta per promotum donec labatur trimeſtre datum ad petendum munus cōſecrationis hodie tamē papa in promotione cōſiſtoriali decernit illa uacare eoipſo a die promotionis ubi non datur promoto retentio eorundem. nu.iii.

2 Vt promoti beneficia cenſeantur reſeruata ſufficit q; promotionis tēpore illa obtinuerit promotus etiam ſi de facto ſint retenta dummodo ius & uerus illorum titulus non ſint penes alium.

3 Vbi de fide aut uerbis extrauagantis dubitatur recurritur ad quinternum gratiæ cancellariæ apoſtolicæ in quo conſtitutiones apoſtolicæ extrauagātis ſolēt annotari.

Deciſio ſecunda de conſti.

PRomotus erat qdam ad eccleſiam cathedralē & tēpore promotionis obtinebat quędā beneficia quę dimiſit ante trimeſtre datum ad petendam cōſecrationem fuit dubitatum milleſimo quingēteſimo decimo

tertio an caderent ſub dicta reſeruatione & dicebatur ꝙ
1 non quia† talia non uacant per promotionem ante tẽpus
cõſecrationis lapſum ut in.c.cum in cũctis.§.cum uero de
elec.& ibi Abb.& alii. Ita ergo interpretetur dicta extra⸗
uagans, contrarium fuit determinatum ex eo quia in ex⸗
trauagante reſeruantur ſi tempore promotionis uacarent
ibi quæ promoti obtinebant tempore promotionum de
ipſis facturam ut patet ex uerbis eiuſdẽ extrauag. ibi quæ
promoti per dictum prædeceſſorem uel eius auctoritate
ad patriarchalium archiepiſcopalium & epiſcopaliũ nec⸗
non monaſteriorum regimina obtinebant tempore pro⸗
motionum de ipſis factarũ nunc quocunqꝫ modo uacan⸗
tia & quæ per nos ſeu auctoritate noſtra impoſterum ad
eadem regimina promouendi tẽpore promotionis eiuſ⸗
modi obtinebũt quouis modo impoſterũ uacatura, unde
ſiue tũc ſiue poſtea uacent aperta ſunt uerba a quibus nõ
diſcedimus.l.non aliter de leg.iii.ff. nec interpretatio de⸗
bet cõtra clarum ſenſum admitti quæ ex uerbis colligitur
ut.d.l.& in.l.cum de lanionis ibi optimũ.ff.de fund.inſtr.
&.l.labeo uerſ. idem tubero.ff. de ſuppell. lega.c.ſi.cum
glo. de ſucceſſ. ab inteſt.l.ſi quis filium.C.de libe. præte.
2 †Dũmodo is qui promouetur tẽpore promotionis obti⸗
neret etiam ſi de facto teneret ſecũdum Rot. de elec.viii.
in anti.collect.in.c.tuis de præben. & in.c.eccleſia de ſor⸗
tileg.vi.col. Licet contrarium ſentiat Bellen. in tracta. de
charit.ſubſi.q.cxxi.cum ſequẽti.& poſtea concordet ꝙ ſi
ius beneficii aut titulus non reperitur in aliquo procedat
deciſio ut reſeruatio effectum ſortiatur in obtento de fa⸗
cto tantum, aut reperitur & non habeat locum, & hæc di⸗
ſtinctio mihi placuit & placet quia nemo dicet ꝙ reſerua
tio beneficii quod tubero de facto obtinet præiudicet ius
habenti. Cõmunis etiam reputatio & poſſeſſio ꝙ aliquis
fuerit capellanus papæ non ſufficiunt ad inducendam re⸗
3 ſeruationem ſecundũ Egid.deci.cccccccxii.† Quãdo uero
papa decernat promouendo ab ipſa die promotionis ua
care clarius procedit cõcluſio. Et ita fuit iudicatum & uiſa

4 † originalis ad regimen extracta ex quinterno gratiæ can cellariæ apoſtolicæ in qua uerba de quibus ſupra reperiũ tur, quæ in impresſis quibuſdam deficiunt.

Tertiæ deciſionis de conſti. Summarium.

Habet etiam locum dicta extrauagans ad regimen in beneficiis quæ uigore diſpẽſationum uſq; ad obitum ſeu aliàs retinẽt promoti ꝙ ſint reſeruata etiam ſi per obitum & poſt tempus conſecrationis poſtea uacent.

Epithome.

1 Retentio obtenta ab eo qui promouetur non tollit reſeruationẽ inductam per dictam extrauagã. ad regimen.
2 Extrauagans ad regimen eſt temporalis & non perpetua.
3 Quilibet pontifex renouat extrauagan. ad regimen pro tempore ſui pontificatus.

Deciſio tertia de conſti.

IDem fuit concluſum coram domino Iacobo Simonetta in una archidiaconatus Elbernien. 1519. Si is qui promouetur impetret retentionem beneficiorum ſimul cum eccleſia aut monaſterio ꝙ posſit ea ut prius retinere. Nam quomodocunq; poſtea uacent cenſentur reſeruata etiam ſi per obitum poſt tempus conſecrationis propter dicta uerba quouis modo impoſterum uacatura, ex quo uerũ eſt ꝙ promotionis tempore obtinebant. Et ꝙ tempore promotionis ſeu poſt promotionem uacant etiã ſi diſpenſatio referetur ad tempus ante promotionem, quia tempore promotionis uel diſpenſatiuæ, uel alias obtinebant, ita ꝙ uerificatur ſecundum tempus conſtitutionis ſicut inſpicitur in qualitate uerbi. l. in delictis. §.
2 ſi extraneus de noxa. l. titius. ff. de mili. teſta. † Et nota ꝙ quãuis conſtitutio ad regimen ſi temporalis ſeu ad uitam

3 conditoris non perpetua tamen † quilibet pontifex in pri ma regula renouat eam pro tempore ſui pontificatus in craſtinum ſuæ aſſumptionis.

Quartæ deciſionis de conſti. Summarium.

Per eandem extrauagantem ad regimen non reſeruan tur beneficia uicegerẽtis auditoris cameræ in ciuitate Aui nionen.

Epithome.

1 In uicegerente deputato a principe uel uniuerſitate in lo cum abſentis uel mortui tranſeunt omnia quæ habet is cuius uices gerit etiam ſi habeat iuriſditionem & impe rium & habet immunitatem quam principalis dũmo do ad omnia deputetur uicegerens, ſecus in deputato ab inferiore uel non generaliter ad omnia.

2 Quatuor ſpecies uices gerentium, uide remisſiue.

3 Conſtitutio apoſtolica reſeruans collationi & diſpoſitio ni papæ aliqua beneficia eſt odioſa & reſtringenda, & non comprehendit niſi expreſſa.

4 Rectores terrarum eccleſiæ dicuntur qui in iudicando in eccleſiæ ciuitatibus præficiuntur a papa etiam ſi lega tus de latere in eadem prouincia eorum ſit ſuperior & non caſtellorum præſides.

5 Vicegerens auditoris cameræ in Auinione quãuis ſit de putatus a papa non tamen habet eam facultatem & iu riſditionem ita amplam ut auditor cameræ in urbe nec poteſt aliquid ultra conceſſa.

6 Reſeruatio in prẽiudiciũ papæ eſt fauorabilis & amplian da in præiudicium uero impetrantis ſeu tertii odioſa & reſtringenda.

Deciſio quarta.

VTrum beneficia uicegerẽtis auditoris cameræ in ciuitate Auinionen. ſint reſeruata per dictam ex

trauagantem ad regimen in una Marſilien.přben.coram domino Bartho. de petra ſancta. 1520. Fuit dubitatum inter capitulum dictæ eccleſiæ & P. Iſuardi. Et pro affirmatiua ponderabantur uerba ibi ac in terris Rom. eccleſiæ rectorum, quaſi uicegerens ſit rector Auinioni eo modo quo auditor cameræ in urbe. Nec ob.quòd aliud ſit eſſe auditorem, aliud uicegerentem & haberi pro tali.l. ſi maritus.§.i.uer.ꝙ ſi quis & ibi Bart.de adulte. glo.in.l. mercis la.ii.ff.de uerbo. ſigni.ꝙ idem Bar. declarat in.l.ſi is qui pro emptore in prin. in articulo fictionis inductiuæ xvii.col.ff.de uſuca.& But.in.c. nuper de biga. non ord. quia in eo qui conſtituitur ab ipſo auditore uel alio recto
1 re id procederet.l.filius.&.c.uicarius.ff. de lega. † non in eo qui deputaretur a principe uel uniuerſitate in locum abſentis uel mortui in quem tranſeunt omnia quæ habebat is cuius uices gerit.l.ii.C.de offi.eius qui uic. alie. iudi.uel præ.ob.&.l.i.§.hii quibus.ff. de lega.iii. ubi etiam Bart. Talis enim eſt ordinarius habens iuriſditionem & imperium ſicut ille in cuius locum eſt ſubſtitutus ut in.d. iuribus & habet immunitatem quam haberet ſi principaliter fuiſſet creatus rector.l.fi.C.ut dig.ord.ſer.li.xii.Bar.in d.l.filius.& in.l.nec quicquam.§.ubi decretum.iii.col.de offi.procõ.l.i.in prin.de offi.eius cui man.eſt iur.& Alex. ſuper rubrica.d.titu.ff.in. iiii. col. cum ſequen. ubi ponit
2 quatuor † ſpecies uices gerentium. Sed hic uicegerens erat deputatus & creatus a papa, ergo ordinarius & regens in Auinione prout auditor cameræ uidetur regere in urbe & habere ordinariam ſecundũ glo.in cle. auditor de reſcript.& cle.ne Romani in uerbo expirare de elect. Non enim attenditur uerborum ſonus ſed poteſtas & effectus, ut no. in.l.ſi idem.C. de codi. & ibi Alex. patet etiam in uicariis qui ad terminos.d.tit.de offi.eius qui uices alie.iudi.gerit.non erant legati uel ſubdelegati ſed ordinarii iudices electi ad certum tempus quod erat ordinariis præfixum ut ipſi ordinariorum uices ſupplerent dicit Gofr. in ſumma de offi.uica.i.col. Siue ergo dicatur

Auinioni gerere uicem auditoris cameræ de urbe ſeu ſit præfectus perpetuo uel ad tempus ex prædictis uidetur rector & ordinarius, & ꝙ in eo locum habeat extrauagás ad hoc etiam cle. unica de offic. uica. ubi in penalibus & odioſis ſtatuitur idẽ in uicariis quod in rectoribus quod glo. ibi & Cardinalis .ii. notabili. ac. vi. oppoſit. & xxv. q. intelligunt ultra caſus expreſſos ex identitate rationis & ſi eſſet omnimoda ratio in uice gerenti quæ in rectore ueniret omnis caſus in ui comprehenſiua & ſatis eſſet ꝙ amplatiue uel extenſiue. l. liberti. §. ſenatuſconſulti. ff. de tit. nupt. cle. i. cum ibi not. de elect. glo. in. c. ſi poſtq̃ de elect. & in. c. i. de tempo. ord. in. vi. facit uerbum generale quorũcunq; legatorum ſeu nuntiorum, ac in terris Romanæ eccleſiæ rectorum, quod multum operatur, inquit Fely. in tract. quando literæ apo. noce. patro. in quarta ampliatione, ut inducat reſeruationem in regente quõcunq;. l. ſi quando. ff. de lega. i. c. ſi papa de priuileg. in. vi. Sed pro
3 negatiua fuit concluſum ex quo extrauagás † in eo quod reſeruat eſt odioſa glo. in. c. præſenti de offi. lega. in. vi. & de uicegerente nõ exprimit. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acq. hær. Non ob. ꝙ uicegerens habeat omnia quæ auditor cameræ quia quidam ex dominis dixerunt hoc admiſſo ſine præiudicio ueritatis illud procedere in fauorabilibus & ob publicam cauſam in quibuſdam caſibus, ut in allegatis iuribus non in odioſis. Alii conſiderarunt ꝙ loquitur extrauagans de rectoribus ciuitatum eccleſiæ ſcilicet de uno & principali rectore in qualibet ciuitate, prout eſt in multis gubernator non habito reſpectu ad legatum de latere qui præeſt uni prouinciæ & cui ſub ſunt gubernatores ſingularum ciuitatum eiuſdem prouin
4 ciæ quia non ſequitur † ꝙ illi qui poſt legatũ in unis uerſo deſtinantur gubernatores ciuitatum non dicantur uere & proprie rectores earundem nec etiam inſpectis aliis officialibus qui ultra principalem terræ gubernatorem quandoque deputantur in caſtellis alicui ciuitati ſubiectis, & in illis regũt ſeu habent guberniũ. Nam ſi de eis etiam

intelligeretur nimium laxaretur diſpoſitio quæ ſtricta exi git interpretationē.l.iii.§.hæc uerba.ff.de nego. ge.Et ſecundum iſtud motiuum ceſſarent omnia fundamenta affirmatiue. Secundo poteſt dici ꝙ ēt auditor cameræ non ſit rector in urbe & admittendo ꝙ eſſet in.d.cle.unica ſumus in caſu expreſſo in iure & pœnali qui procedit etiam in nō expresſis ex identitate rationis ut ſupra & eſt in ſimili glo.notabilis in.l.i.C.de condi.inde de caſu excepto a regula quæ exorbitat propter regulam & extenditur ad ſimiles.Ita Abb.in.c.fi.de iudi.iiii.col. & in.c.cū dilecta de confir.vti.uel inuti.& glo.in.l.illud. C.de ſacroſan. eccle. Sed extrauagās nō dicit de auditore cameræ nec de eius uicegerente aut locum tenente,igitur nō dicamus.l.regula.C.de colla.ſiquidem uoluiſſet dixiſſet prout de aliis dixit.c.ad audientia de deci.& hoc modo ſilerēt omnia in cōtrarium accedit etiam pro deciſione ꝙ iſte uicegerens

5 † quamuis deputatus a principe non habebat ea quæ auditor cameræ in urbe ex quo ſolum ei cōcedebatur ꝙ audiret cauſas appellationum,& ꝙ poſſent ei cauſæ cōmitti ſicut qualificatis .c.ſtatutum de reſcriptis in.vi.& quędam alia. Vnde ex hiis non dicebatur creatus rector ciuitatis, nec poterat aliquid ultra conceſſa.c.ad hæc.c. ſignificauit c.Rodulphus de reſcript.c.p.&.g.de offi.deleg.l.diligēter.ff.man.c.porro.c.ſanè de priuileg. Nec ob.ꝙ reſerua

6 tiones †dicantur fauorabiles qa emanent a principe & eorū effectus deriuatur in tertiū,& propterea largisſime interpretandæ ut Io.an.in.c.fi.de uerb.ſigni.& Gemi. conſilio lxix.Quia uerū eſt ſi agitur de præiudicio ſolius papę qui contra eum latisſima ſit interpretatio.l.fi.ff.de conſti. princi.c.cum dilectus de cōſue.glo.in cle.ſi de beneficio. de præbendis ſecus quando contra tertiū tunc enim ſunt odioſæ & reſtringendæ ut in.d.glo.d.c.præſenti.

Quintæ deciſionis De conſti.Summarium.

Extrauagans Pauli ſecūdi cum deteſtabile in tit. de ſimo.

quatenus priuat ipſo facto ſimoniacos non procedit niſi in ſimonia reali.

Epithome.

1 Simoniaci de iure cõmuni regulariter debent priuari per ſententiam, & non ſunt priuati eoipſo quod hodie fallit in ſimoniaco reali per extrauagantem cum deteſtabile & nu.2.

2 Ad indicendam ſimoniam paria ſunt dare pecuniam ſeu aliud temporale uel promittere.

3 Præces importune & debiti remisſio inducunt ſimoniã.

4 Vbi ſunt duo æquiparata a iure pœna quæ adiicitur in uno uidetur,& in alio adiecta.

5 Maior eſt pœna excõmunicationis q̃ priuationis beneficii & quod nulla eſt pœna maior in eccleſia excommunicatione,& qualiter hoc ſit intelligendum.& nu.6.

6 In pœnis debet fieri benigna interpretatio nec in eis ualet argumentum de maiori ad minus,& quid in correctoriis,& quid ubi lex correctoria eſt pœnalis.

7 Excommunicatio nonfertur niſi pro contumacia aut alio graui peccato.

8 Priuatio beneficii non infertur propter mortale,niſi illud ſit graue etiam ſi delinquens ſit ꝓpterea excõicandus.

9 Priuatio beneficii perpetua maior pœna eſt q̃ excommunicatio ratione durationis licet ratione effectus excommunicatio ſit maior.

10 Diſpoſitio etiam pœnalis emanantis in fauorem animæ non debet reſtringi ſed dilatari.

11 Vbi eſt uarietas opinionum non peccat ſequens opinionem nõ ueram,aut poſtea reprobatam, quia ſufficit ad excuſationem etiam ambiguum iuris & tanta poſſet eſſe ambiguitas quod excuſaret etiam peritisſimos iuris.

12 In ambiguis excuſatur qui ſequitur quod in Ro.curia obſeruatur propter ſcientiam & tollerantiam papæ.

13 Communis opinio plenæ excuſat & ſequenda eſt nec ab

ea licet recedere niſi eſſet euidenter falſa.

14 In facto proprio non cadit ignorantia licet bene in iuris intellectu.

Deciſio Quinta.

COnſtitutionem Pauli ſecūdi cum deteſtabile in tit.
de ſimo.ſicut antiquiores,ut audio ita Moderni pa
tres intelligunt ꝙ quatenus inducit pœnā priuatio
nis ipſo facto loquatur in ſimonia reali non in conuentio
nali de qua.c.cum pridem.c.pactiones de pac.ꝑ qua ſen
tentia ponderatur tex.in uer. ſtatuētes ibi qui quomodo
libet dando uel recipiēdo ſimoniam cōmiſcerint, & quia
in pœnis &c.l.interpreta.de pe.l. cum quidam de lib.&
poſth.regula odia de reg.iu.in.vi.Et ſatis eſt quod aliqd
addati iuri cōi iuxta doct. Bar.in.l.iiii.§.prętor ait.ff.de
dam.infecto, & per Alex.in.l.fi.§.in cōputa.C.de iur.de
li.Sed contra hanc interpretationem clamauit ſæpius, &
exclamauit unus ex aduocatis dicens pœnas priuationis
quæ de iure communi contra ſimoniacos imponebātur
per ſententiam eſſe inflictas ipſo iure per extrauagantem
1 † in quacunq; ſimonia de iure autem communi regulari-
ter priuari debent ſimoniaci per ſententias non eo ipſo.c.
ii.de confeſ.c. iuſiurandum de ſimo. & ibi doct.c.per in-
quiſitionem cum glo. de elect.i.q.i.presbiter, ubi etiam
glo.& Abb.c.Inter dilectos ult.col.de exce.præla. unde
in caſibus quibus uoluit ius quod priuetur cenſeatur ho-
die priuatus pro qua opinione facit prohemium aggra-
uans ſcelus ſimoniace prauitatis tanquā deteſtabile & ar-
guens mentem.l.fi.ff.de hered.inſtit.quod uoluit augere
pœnā indifferēter ex quo indiſtincte ſtatuit & hoc ob cri-
minis frequentiam,&ut penitus extirpetur,dicit tex.Et qa
a canone tale delictum fuerat iam baptizatum ſimoniaca
rabies hereſis peſtis & labes.c.ſi dominus.c. quotiens.c.
ſicut de ſimo.& facit etiam tex.d.extrauagan. immediati
ibi ac omnes & ſingulas excommunicationis ſuſpenſioni

priuationis & interdicti ſententias cenſuras & pœnas cõtra ſimoniacos quomodolibet latas &c. ipſo facto incurrere uolumus. Dicit ergo aperte de pœna priuationis ipſo facto non diſtinguendo conuentionalem ſimoniam a reali de qua etiam diſponũt iura adducta igitur & c. l. i. §. generaliter. ff. de lega. prſtan. xix. di. in memoriam itẽ ius in inducendo huiuſmodi crimine nõ diſtinguit an aliquid detur uel promittatur. c. ſuper hoc de renũci. & ibi
2 Imo. & Abb. colligunt paria eſſe †ad inducendam ſimoniam dare pecuniam uel promittere ſeu aliud temporale ar. l. i. & . ii. ff. de calum. facit. d. c. pactiones, & glo. in. d.
3 c. per inquiſitionem notandum quod etiam preces †importune inducunt ſimoniam et remisſio debiti. c. ueniens ei primo de teſti. Paulus igitur inducens pœnam priuationis eo ipſo nihil alterat tale, ſed in omni caſu quo ius uoluit aliquem priuari priuat ex quo non uenit ad declarandum quomodo ſimonia contrahatur, ſed innouando addit & auget pœnam & ſi aliter uoluiſſet dixiſſet. l. i. §. ſi autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. c. ad audientiam de deci. Præterea cum dare & promittere ſint equiparata ut eſt dictum quando Paulina inducens pœnam ipſo facto loqueretur in uno caſu ſuccederet quam inquit Abb. in c. ii. de mut. peti. iii. col. & in c. de multa de præbẽ. col.
4 v. ꝙ ubi a iure duo †ſunt equiparata pœna quæ adiicitur in uno uidetur adiecta in alio pro quo tex. cum glo. in c. ſi poſtquam. de elect. in. vi. ſuper hoc autem uidendũ an equiparatio procedat per uiam regulę, ut noua diſpoſitio diſponens in uno debeat trahi ad alium ex equiparatis ſeu prout dicit Bar. in. l. ſi conſtante in prin. ff. ſo. mat. in vii. q. i. partis principa. & Alexan. & alii in. l. ii. de leg. i. nec. §. ſtatuentes uidetur ob. ubi de datione uel receptione dicitur, quia ibi de pœna duntaxat excommunicationis & nihil de pœna priuationis de qua iam edixerat & quo ad dictam pœnam excõicationis tantum declarat reſtringit ſeu ſtatuit q̃d antea dictum erat. Pro interpretatione tamen maiori occurrit ſi dici poſſet q̃d maior † & gra

uior ſit pœna excommunicationis q̃ priuationis benefi-ciorum cum excommunicatio liget animam c.per uene-rabilem q fi.ſint legit c. Romana.§.in uniuerſitate de ſen. excõ.in.vi.Abb.in c.p.& g.de offi.del.anima autem præ cioſior eſt omnibus rebus.l.ſancimus.C.de ſacroſanct. eccl.c.cum infirmitas de pe.& remiſ. Si ergo Paulus in pœna excõicationis grauiori reſtrinxit aut declarauit q ipſo facto quando aliquid datur uel recipitur, fortius ui-deatur uoluiſſe in pœna leuiori aucten. multomagis.C. de ſacroſan.eccl.& .c.cum in cunctis in prin.cum ibi not. de elect.Et quia de pœna excommunicationis priuatio-nis & aliis ſtatuerat ipſo facto poſtea declarando in uno uideatur repetiiſſe & ſentire in omnibus ſed ad id reſpõde-
6 bitur quod in pœnis † ſit benigna interpretatio regula in pœnis de reg.iur.in. vi. & quod non ualet argumentum de maiori ad minus auc.quas actiones cum ibi not.C.de ſacroſanct.eccle.Bar.in.d.l.ſi conſtante, in.ix.q.i. partis principalis,& ibi Alexan.limitat regulam in correctoriis niſi ratio ſit ſcripta in lege correctoria ut tunc ſecundum Bal.in.d.auc.fiat extẽſio ſubiicit hoc intelligi niſi lex cor rectoria eſſet pœnalis per cle.ii.iuncta glo.de eta.& qua-li.de qua tamen materia, quia periculoſa & diffuſa poſt aliqualem progreſſum ſe remittit ad ſcripta per doct.in multis locis & tractatur etiã in.l. ſi uero. §. de uiro.ff.ſo. mat.Secundo quod non ſequitur ad pœnam excõicatio nis pœna priuationis,nã ut tradit Abb.in.c.i.de iudi. iii. col.licet ſine cõtumacia,& cõſequenter ſine mortali pec-
7 cato non feratur † ſententia excommunicationis uel fieri debeat pro leui culpa.c.nullus.c.nemo epiſcoporum.xi. q.iii.non tamen omne peccatum mortale eſt priuatione beneficii dignum etiam ſi propter eiuſmodi peccatum ſe quatur excõicatio cum debeat omne graue delictum ut priuationem beneficii expoſcat. Nihilominus pia uide-tur maiorum interpretatio & forſan tempore cõditoris cepta ita intelligi propter periculum animarum cum con traria ſit dura nimis & animabus periculoſa maxime qa

tempore noſtro pauci euaderent talem ſententiam & tūc ſequenda eſſet & imitanda.l.minime.ff.de legi.contra tamen facit quia in concernentibus animæ periculū in partem deteriorem interpretamur & tutiorem tenemus.c.iuuenis de ſpon. & ma. glo.in.c.unico de ſeru. in ord.faci. Gof.ibi in ſum.Abb.c.cum tu de teſti. Et quia emanat fauor animarum nō debet reſtringi ſed dilatari,ut homines a peccato retrahantur ita Io.And.& Abb.in.c.pe.qui fi.
10 ſint legit.inferentes quod † diſpoſitio.c.fi.de clandeſti.de ſpon. licet pœnalis extenditur ex identitate rationis ex quo emanauit fauore animarum facit glo.in.c.ſciant cūcti de elect.in.vi.niſi dixerimus quod tutius fuerit non intellectam nec receptam extrauagantem niſi in reali, & quod ſi aliter uerba ſonent ſaltem quoad tuitionem conſcientiæ ſufficiat hanc cōpoſitionem fuiſſe uſu præſcriptā,& quod adhuc ab ea non diſceditur in palatio quia ſi non ſeruans
11 ius præcepti nō peccat ubi † eſt uarietas opinionum.c.capellanus iuncta glo.de feri.& But.ibi hoc tenens licet forte quis ſecutus fuerit opinionem nō uerā & poſtea reprobatam ut non ueram uel non ſubtiliter loquentem aut inueſtigantem minus ille qui cōmuni iudicio innititur dicit glo.in uerbo de cætero de poſtula.præl.c.unico in.vi.cū de temeritate argui non poſſit ſequendo maiorū ſenſum c.ne innitaris de conſt.& ibi Inno.ius nanq; poſitiuū non afficit probabiliter ignorantes & ſufficit eſſe ambiguū qd iuris ad excuſationē dicit Car.Lan.in cle.prima de re.eccle.non alie. ſubiiciens ad propoſitum Lau. dicere quod etiam ſi ante dictam cle.hoc quod dicitur eſſe iuridicū eſſet dubium & per inumbratam conſuetudinem obfuſcatum tale ius nō afficit ignorantes ſi ſit poſitiuū immo etiā ſi naturale & ſecundum Abb.in.c.paſtoralis.iii.col.de reſcrip.tanta poſſet eſſe iuris dubitatio quod habet excuſare etiam peritiſſimos unde magis excuſatur qui ſequitur
12 & tenet quod in Ro.curia † obſeruatur ubi arguitur papę ſcientia & intelligentia aut ſaltem tollerantia quam obſeruantiam omnes prouinciales ſequi debent.§.fi.inſti.de ſa

tiſda.c.cū non liceat de ma.& obe.c.ſi.de ſpon.duo.Hoc
13 enim plus eſt q̄ ſequi communem opinionem † qui in de
pendentibus ab interpretatione prudentum plene excu-
ſat & ſequenda eſt uel ab ea recedere licet niſi ſit euidēter
falſa.c.prudentiā de offi.dele.Abb.in.c.i.&.c.eccleſia ſan
ctæ Mariæ ult.col.de conſti.& ad.c.iuuenis ſuper eius in
tellectu poteſt dici quod ibi ſumus in dubio facti nō in iu-
ris interpretatione & tunc ius caute amplectitur id factum
ꝙ eſt ad animæ ſalutē ſecurius qa ſi non faceret,ita qs poſ
ſet eſſe cum una in matrimonio quod putaretur exiſtere,
& non eſſet uel ſicut ea quæ eſſe uera uxor in aliis caſibus
ita quod faceret contra conſcientiam & edificaret ad ge-
hennam contra.c.literas de reſti.ſpolia.ex quo unuſqſqꝫ
14 † factum proprium ſit in quo non cadit ignorantia.l.fi.ff.
pro ſuo.c.ab excōmunicato de reſcrip.Sed bene cadit cir
ca iuris intelligentiam ꝑ me prædicta.Vnde ſi quote alle-
gate ſimul cū.d.c.iuuenis reſpicerent factū non obſtarent
cū ſimus in intelligentia extrauagātis clarius autē potuiſ-
ſet conditor explicuiſſe mentem cum etiam.§.per electio
nes qui dicit quod nullum ius acquiratur non ſit neceſſa-
rius ſi prius omnem ſimoniacum priuauerat ipſo facto ni
ſi ad maiorem declarationem dictum accipianus.

De reſcriptis.

Primæ deciſionis.De Reſcriptis Summarium.
Rſcriptum aduocatorium iuriſdictionis ab alio ſi ſit ſurre
ptitium eſt ipſo iure nullum.

Epithome.

1 Reſcriptum ad lites ſurreptitium non eſt ipſo iure nullum
ſed ope exceptionis ſecus in aduocatorio iuriſdictio-
nis quod eſt nullum ipſo iure.
2 Doctores qui uidentur ſibi contrarii debent ſicut leges ad
concordiam reduci.

Deciſio prima.

LICET regulariter reſcriptũ ad lites
ſurreptitium nõ ſit ipſo iure nullũ ſed
debeat opponi exceptio. Inn.in.c.cũ
M.ferrarien.de conſti.in ſi.But.& Ab
bas in.c.cæterum de reſcriptis glo.&
doct.in.c.ad audientiam ſecundo eo.
1 tit.Tamen quando eſt † auocatorium
uitiat ipſo iure ea ratione qa reuoca-
tio literarum papę eſt odioſa quoniã ſit cõtumelia indici
q reuocatur ſecundũ Inno.Ho.& Io.an.in.c.ex literis de
offi.de legat.& hoc caſu fallit regula dicit Fely.in.d.c.ad
audientiã decima fallentia,& tẽpore meo rota hanc fallẽ
tiam eſt ſequuta in pluribus cauſis cum nõ obſtant quod
idem Inn.in.d.cæterum,& But.ibi,& in.c.ex parte,de fo.
compe.uideantur ſentire contrarium prout idem Fely.re
fert in dicta fallentia. Et Mil.in uerbo reſcriptum ad lites
ſi eſt obreptitium remittitur ad But.in.d.locis.Quia ſi be-
ne eorum dicta inſpiciantur non contradicunt concluſio-
ni cũ loquantur de ſecundo reſcripto quod non meminit
de primo, uel quando eſt alia ſurreptitio & materia q̃ ad
uocationis a primo indice ut ualeat ſecundum niſi exci-
piatur, & ſic ſumus in caſu regulæ de qua Inn.& But.ibi
& nihil de reſcripto auocatorio de quo clare in.d.c.ex li-
teris dicunt ut ſupra,& ita intelligo etiam Fely.dum ſe re-
mittit ad dicta p eum in.d.c.cæterum ubi concludit quod
ſecundum reſcriptum non faciens mentionem de primo
non eſt ipſo iure nullum ſed ope exceptionis, loquitur
ergo de alio reſcripto quàm aduocatorio ex quo de ad-
uocatione uerbum nullum, unde doct.allegati per Fely.
& Mil.in locis prædictis ſimpliciter loquũtur nõ in caſu
2 aduocationis alias eſſent ſibi contrarii,& magis † reducen
di ſunt ad concordiam.l.unica.C.de inoffi.dot.c.cum ex-
pediat, de elect. in vi. & hanc declarationem nota quia
uidetur mihi uera licet nullus eã detegat quem uiderim.

Secundæ deciſionis de Reſcript. Summarium.

Aduocatoriũ non dicitur ſecundum reſcriptum quod de primo nullam facit mentionem nec eſt ipſo iure nullũ aut inducens iurisdictionis defectum.

Epithome.

1 Quando in ſecunda commiſſione nihil dicitur de prima ſi ne uerbo auocamus inducitur cauſæ aduocatio.

2 Requiſita ad reuocationem primi reſcripti remiſſiue.

3 Surrogatus auditor uel alius iudex in locum abſentis per reaſſumptionem cauſæ factam per redeuntem excluditur tam ipſe q̃ quilibet alius ſurrogatus.

Deciſio ſecunda.

Commiſſa erat cauſa epiſcopo Ceruien. eo abſente ſignata fuit cõmiſſio pro quatuor ſurrogatis & inter alios erat epiſcopus Signinus corã quo fuerũt omnes termini tenti, & qa una pars allegauerat ſuſpectũ ſigninũ fuit habita alia cõmiſſio ad alios quatuor ſurrogatos ob eandem abſentiam & unus ex collitigãtibus adiuit Io. andream caſarellum ſurrogatum, & obtinuit ab eo cõfirmari ſecundam ſententiam latam ſuper præſtanda cautione legatorum nomine, iuxta. l. i. & per to. ut lega. cau. ca. Dicebatur coram me. 1519. in una Mediolanen. de nullitate tertiæ ſententiæ defectu iuriſdictionis ne locus eſſet executioni ſecundum cle. ut calumniis: de re iudicata ex eo quod commiſſio directa caſarello nõ faciebat mentionem de anteriori directa Signino nec de tela coram eo tenta, & cum uideretur habere uim aduocationis a Signino in aduocatoriis ſurreptio uitiat ipſo iure. Inno. Hoſt. Io. an. c. ex literis de offi. deleg. & dixi in proxima deciſione, ſed contrarium fuit concluſum ex eo quod hic non cadebat aduocatio expreſſa Signino de qua nihil tale

1 proponebatur nec tacita quia in ſecūda cōmiſſione †nihil dicebatur de prima quo caſu ſine uerbo aduocamus inducitur aduocatio,ut rot.de reſcript. in anti.vii.ac.no.vi. ubi ponuntur requiſita ad reuocationem primi reſcripti, nec obſtaret ſi ſecūda eſſet ſurreptitia ex quo ſurreptio regulariter nō uitiat iure ipſo ſed exceptionis ope,ut in proxima deciſione & doct.communiter in.c.cæterum de reſcriptis & glo.& doct.in.c.ad audientiam.el ſecundo eo. titu.tribuit ergo iuriſdictionem & ualuit ſententia, inquit Inn.in.c.cū M.Ferrarien. circa fi. de conſti.nec refragatur
2 † quod durante abſentia Ceruien. radicata fuiſſet iuriſdictio in pſonam Signini & aduocata a Ceruien. quoniam non eſt uerum ex quo Signinus cognoſcebat ut ſurrogatus & rediens Ceruien. ad curiam per reaſſumptionē excludit eum & omnem alium ſurrogatum prout etiam fit in rota & obſeruatur.

Tertiæ deciſionis.De Reſcrip.Summarium.

Si committitur cauſa appellationis iudici qui pronūciauit ſeu alteri de conſenſu partium ſufficit conſenſus procuratorum dummodo per aliquem actum poſitiuum de eo conſtet uel expreſſum conſenſum.

Epithome.

1 Practica rotę & curię obſeruat quod procurator nō uidetur conſentire in iudicem etiam ſi patiatur ſe citari ad aliquem uel omnes actus & non compareat quia non ſufficit ſola patientia aut talis tacitus conſenſus ſed eſt neceſſe quod expreſſe conſentiat uel actum poſitiuum faciat producendo iura aut ſeruando terminum uel faciendo aliquid ſimile.

2 In oneroſis & obligatoriis licet tacens habeatur pro contradicēte tamen ſi ſcienter aliquid agit uidetur tacite ſe obligare & conſentire quia interuenit actus poſitiuus

ultra taciturnitatem. Appellatione partis comprehen-ditur procurator & quomodo hoc ſit intelligendum & nume.3.

3 Non poteſt ꝓcurator cõſentire quod non appelletur niſi ad hoc habeat ſufficiens mãdatum etiam ſi commiſſio hoc contineat de partium conſenſu ſed poteſt omittere ordinem iudiciarium & alias ſolemnitates ꝑ partem remiſſibiles uel parui præiudicii etiam ſine mandato non tamen quæ non ſunt remiſſibiles ꝑ partẽ & nu.4.

Deciſio tertia.

SÆpe contingit quod cauſa appellationis cõmittitur alicui de conſenſu partium, & obſeruat palatiũ meo tempore quod non requiratur ut principales cõſentiant ſed ſufficiat conſenſus procuratorum, & ita in pluribus cauſis tam in ſecunda q̃ in tertia inſtantia dixerunt domini etiam quando eidem qui iudicauerat in prima eſſet commiſſa in ſecunda quo caſu magis dubitabam ex quo cõmittebatur ei a quo fuerat appellatum quaſi grauaſſet & inique pronunciaſſet.l.i.ff. de appella. quod intellexerunt ſi procuratores expreſſe conſenſerint uel actum poſitiuum fecerint producendo iura aut obſeruando terminũ uel aliud ſimile ſecus ſi aliter paſſus fuiſſet citari ad aliquẽ uel omnes actus & non comparuiſſet cum ſola patientia
1 † nõ ſit ſufficiens aut cõſenſus eo modo tacitus & ita practicatur pro quo facit.c.non iniuſte iuncta glo. de procu. ubi non dicitur conſentire procurator niſi quando expreſſe conſentit & Car. ibi.v.q. & pro actu poſitiuo facit.c.fi. eo.ti.& qđ Abb.inqt in.d.c.non iniuſte qa licet in onero
2 ſis tacens habeatur ꝓ contradicente tamen ſi ſcienter †tali qd agit uidetur ſe tacite obligare,& hoc qa ultra ſimplicẽ taciturnitatem inter interuenit actus poſitiuus allegat cle. primã de proc.&.c.ex ore,de his quę fi.a ma.par.cap.ad limitationẽ.l.filius familias.§.inuitus.ff.de procu.ſi quod in obligatoriis & oneroſis tacens habeatur pro contradi-

cente,ita & Bar.in.l.quo enim.ff.rem ra.habe.&.l.filius fa milias pe.ff.ad mace.ubi per receptionem literarũ in qui bus continetur quod ſum debitor alicuius ſi ſtatim nõ re clamaui uiſus ſum conſenſiſſe facit quia appellatione par tis comprehenditur procurator ait Mil.in uerbo pars alle gando.c.ſuborta.de re iudi.Sed dubium facit quod Fely. in.d.c.in prin.refert Rotam ſuo tempore concorditer te
3 nuiſſe,quod ſi papa † cõmiſit cauſam cum clauſula quod ſummarie ꝓcederetur & non appellaretur dũmodo acce deret partiũ conſenſus non poſſe procuratorem conſenti re quod nõ appellaretur quoniã hoc nõ eſt in mandato, ſed quo ad omittendum ordinẽ iudiciarium in ſolẽnitati bus per partẽ remisſibilibus bene poteſt ꝓcurator,quod pars & dicetur a parte geſtum ſecus in nõ remisſibilibus per partem de quibus in.c.de cauſis de offi.dele. in quo dicit inſpicienda eſſe prægnantia uerba mandati.Et quod fuit etiã concluſum quod aut ea quæ geſſit ꝓcurator poſ ſunt fieri uirtute ſui mandati & tunc ſemper dicentur geſta a parte alias non & ſic inſpicitur ſubiecta materia patet in quit in.c.cordi,de appella.in.vi.in uerbo de partium con ſenſu ad idem.c.quãuis.de elec.eo.li.dictum autem Mil. quod appellatione partis intelligitur procurator intelligit Fely.in ſibi cõmisſis,item ex interpretatiuo intellectu non proprio ſecundum Cal.conſi.xii.de uerb.ſigni.allega.l.ſi quis alium in prin.ff. ne quis eum qui in ius uoca.eſt.vi. exi.Ad not.in.d.c.non iniuſte facile reſpõdetur quod pro cedunt ſi eſſemus in principali qui per actum poſitiuũ ſibi præiudicat.Sed procurator non poteſt niſi ea quæ ſunt ſi bi demandata cum ſtricti iuris ſit mandatum uis ergo eſt aut ſine mandato iſtud poſſet per procuratorẽ fieri quaſi ſit de ſolẽnitatibus remisſimibilibus,&parui pręiudicii,& ꝙ propter paruum præiudicium inſpiciatur etiam quod ut plurimum in curſu cauſæ tractantur per procuratores & ſic obſeruantia fundetur alias commisſiones tales de partium cõſenſu rarisſime poſſent exequi & in una quam dominus Hugo de ſpina propoſuit de menſe Nouemb.

1521 .ſuper hoc articulo domini uoluerunt ſufficere con⸗
4 ſenſum † procuratoris per actum poſitiuũ allegantes Mo
dernos in.d.c.ſuborta,& quia iſtud eſt parui præiudicii.

Quartæ deciſionis.De Reſcript.Summarium.

Vtrum auditor in Ro.curia poſsit inhibere extra curiã quando commiſsio dicit ſolum cum poteſtate inhibẽdi.

Epithome.

1 Quod ſtatuitur in citatione locum habet in inhibitione.
2 Argumentum de tempore ad locum eſt ualidum in iure & ſimiliter de re ad tempus.
3 Quando committitur cauſa cum poteſtate citandi in Ro. curia non adiecto & extra eam,tunc arguitur quod nõ poteſt citare extra eandem curiam niſi in cauſa appel⸗lationis iuxta deciſionem.cccxci.in anti,alias.quarta in tit.de fo.compe.

Deciſio quarta.

TEmpore Feriarum generaliũ dubitaui in una cau⸗ſa coram me & conſului.d.Mercurium de uipera decanum noſtrum an ſi commiſsio non dabat de inhibitione extra curiam,ſed ſimpliciter habebat hæc uer ba cum poteſtate inhibẽdi poſſem decernere citationem & inhibere extra curiam & reſpondit quod primo anno quo fuit in rota.d.Breuius epiſcopus cenenten.locum te nens auditoris tenuit quod non poſſet inhiberi & alii erãt cum eo pro quo facit quia quaſi ſemper apponitur cũ po
1 teſtate inhibendi † in Ro.curia & extra eam ad hoc alle⸗gauit deciſionem primã de procur.in no.quæ loqtur de citatione ut idem ſit in inhibitione,tamen dixit ſe reperiſ⸗ſe poſt Fely.in notis cancellariæ qui dicebat quod Alexan drinus tenebat contrarium per.c.cuncta per mundum.c.

per principalem.ix.q.iii.& quod Alexan.dictum fuit ſuſpendum in rota licet ipſe adhæreret primæ opinioni propter dictam deciſionem primam poſtpoſito ſtilo qui ex tempore uariatur,ut inquit Lap.allega.li.mihi placet opinio Alex.ex eo q͞d clauſula cum poteſtate citandi non reſtringetur magis extra curiam q̃ intra,& eſt indefinita,poteſtas enim committentis eſt uniformis ſine reſtrictione locorum quo ad hoc, unde ubiq; locũ habeat.l.ſi pluribus de legat.ii.l.iul.ff.de legat.iii.l i.§.generaliter.ff.de legat.
2 præſtã. † nec eſt ratio reſtringens: deciſio prima non ob. quoniam in ea ſunt hæc uerba Audiat & iuſtitiam faciat ſine clauſula cum poteſtate citandi magis facit pro opinione Alex.dum dicit quod uerbum deuolutas trahitur ad futuras allegando Inno. in.c.dilecti de excep. quia præſens confuſum præſentis non tenet uſum facit in ſimili ar-
3 gumento de tempore † ad locum quod eſt ualidum ſecũdum Bar.in.l.uel ſingulis cum.l.ſe.ff.de uulga. & pup.& Abb.in.c.i.de iure patro.ſicut etiam de re ad tẽpus.l.miles ita in prin.ff.de mil.teſt. Quando autem commiſſio diceret cum poteſtate citandi in Ro.curia & non ſubiũgeret & extra eam,tunc magis crederem, quod non poſſet extra.l.maritum.C. de procur.ſicut contra prohibitio in uno eſt permiſſio in alio.l.cum prætor.ff.de iudi.c.nonne de præſum.uide quando auditor datur in cauſa appellationis ſiue committatur ei principaliter ſiue in cõſequentiam quod ſtatim poteſt inhibere etiam in partibus ſecundum rotam deciſione quarta de fo.compe.in anti.& pondera uerba deciſionis.

Quintæ deciſionis. De Reſcrip. Summarium.

1 Inter auditores rotæ illæ iuriſdictionem habet cui prius eſt præſentata commiſſio quanuis ab alio in citatione præueniatur inter alios iudices inſpicitur citatio non præſentatio idem ſi ſit contentio de iuriſdictione inter auditores rotæ & alium iudicem extra rotam quod inſpiciatur citatio non præſentatio.

Epithome.

1 Conſenſus coauditorum qui iuxta conſtitutionem Innocentianam debet accedere ut iuriſdictio remaneat penes auditorem cui prius fuit præſentata cõmiſsio hodie de ſtilo accedit tacitus nec reqritur aliud expreſſus.

2 Ad perpetuandam iuriſdictionem non ſufficit ſola præſentatio literarum ſine citatione quoniam præueniri poſſit cum res ſit integra ante citationem quod fallit inter rotæ auditores & eſt in eis ſpeciale.

3 Auditor rotæ in procedendo eſt ordinarius & in multis habet ampliorem iuriſdictionem q̃ delegatus.

Magis dignum attrahit ad ſe minus dignum quando ueniunt eque principaliter.

4 Diſpoſitio loquens de ſimplici ſi exorbitat non extenditur ad caſum mixtum, ſed tantum ſuis terminis debet eſſe contenta.

Deciſio quinta.

DEciſio prima de cõſtitutionibus in anti.dicit quod ſi aliqua cauſa eſſet cõmiſſa duobus auditoribus d.uicecancellarium mandaſſe.1375.quod ille cognoſceret cui primo commiſsio eſſet præſentata & alter nullo modo,idem uoluit poſtea conſtitutio Innocentiana loquens de poteſtate auditorum rotæ quod ſi diuerſis cauſarum palatii apoſtolici auditoribus cõmiſsiones præſentatas hactenus uel pro tẽpore reperiri contingat in eadem cauſa eiuſdem tenoris uel effectus,licet ad diuerſarũ perſonarum inſtantiam auditor cui prius commiſsio præſentata fuit iuriſdictionem in procedendo & iudicando retineat abſq; alia deſuper commiſsione aliorum coauditorum ad id accedente conſenſu & iſtud obſeruatũ eſt tempore meo & antea, & obſeruatur non requiſito alias conſenſu aliorũ coauditorũ expreſſe etiam ſi tacite dici poſſet quod accedat,& hoc eſt neceſſe pro ſignatura quę ha

1 bet quod audiat qui præuenit ut inter † rotæ auditores iſ
dicatur prȩueniſſe cuiſ prius præſentata fuerit commisſio.
Extra uero rotam ille qui in citatione præuenerit non at-
tenta præſentatione reſcripti,& idem ſi concurrat auditor
rotæ cum iudice alio extra rotam,prout coram.d.Hugo
ne de ſpina in una Romana melioramentorum.1520.de
menſe Ia.concluſum fuit quam poſtea.d.Bartholomeus
de Petra ſancta iudicauit ſeu ad executionem procesſit &
in qua eidem.d.Hugoni in rota primo fuerat præſentata
commisſio,& ſecundo.d.Conſtantino de narnia extra ro
tam in cauſa appellationis q incitando prȩuenerat.d.Hu-
gonem quia ut dicebam & fuit tentum:Conſtantinus ua-
lide pronunciauit non autem nulliter ex quo ad ꝑpetuan-
2 dam † iuriſdictionem non ſufficit præſentatio ſed bene ci-
tatio.c.gratum de offi.dele.c.ſi.de offi.lega. Vnde ſola li-
terarum præſentatio ſeu asſignatio facta Iudici non ſuffi-
cit neq; impedit quoniam præueniri posſit cum res ſit in-
tegra ante citationem , ut dicit glo.in uerbo asſignante.c.
ut debitus de appella.quam Inn.& Phil.Frãch.ibi ſequũ
tur licet aliqui præſentationem põderent ad deciſionem
primam & Innocentianam dicendum quod non loquun
tur niſi in rota & inter auditores rotæ,& magis faciunt ꝓ
concluſione per locum a ſpeciali.l.ius ſingulare.ff.de leg.
uel quia omittunt inter alios recurrimus ad ius cõmune.l.
ſi extraneus de condi.cauſa da.cauſa non ſecu.l.ſi cũ do-
tem ſo.ma.l.cõmodisſime.ff.de lib.& poſt.nec ob.quod
uideatur auditor rotæ cui cauſa cõmittitur honorabilior
4 commiſſario extra rotam ex eo quia in procedendo † eſt
ordinariis iuxta no.in cle.auditor de reſcript.& ut ibi pa-
tet,& in dicta Innocentiana ac aliis cõſtitutionibus habet
ampliorem iuriſdictionẽ in multis q̃ habeant delegati ex-
tra rotam quaſi debeamus hoc metiri a maiori potentia
ar.l.quæritur.ff.de ſta.ho.& quod magis dignum trahat
ad ſe & uincat minus dignum.c.quod in dubiis de conſe.
eccl.uel alta.quod ſecundum Abb.in.c.extirpande.§.qui
uero.ii.col.de præben.procedit quando magis dignum

& minus dignum ueniũt eque principaliter prout in propoſito uenit utrunque reſcriptum,& uterque iudex quia dico quod cum deciſio & Innonentiana inter auditores duntaxat diſponant militant fundamenta adducta itẽ ſumus in caſu mixto omiſſo & non comprehenſo in eis ſimpliciter
4 de auditoribus loquentibus & cum exorbitent † non extenduntur ad caſum mixtum.l.præſcriptione.§.uim paſſam de adult.l.ii.in prin.ff.de uerb.oblig.& ibi moderni, & debent in ſuo tãtum caſu intelligi & ſuis terminis abſque ampliatione contentari.l.in agris.ff.de acqui re.do.c.primo de ſepult.& regula odia de reg.iur.in.vi.ex qubus cõſtat quod materia.d.l.quæritur &.d.c.quod in dubiis nõ refragatur nec habeat aliquid commune cum iſta.

Sextæ deciſionis de reſcrip.Summarium.

In commisſione cauſæ ſuper moleſtatione talis rei uenit etiã cauſa petitorii,uel ſi uerba ſuper moleſtationibus iactationibus impedimentis & ſimilia inducunt tam petitorium q̃ poſſeſſorium.

Epithome.

1 Vbi commisſione petitur committi cauſam ſup moleſtationibus beneficii aut talis rei cauſa cenſetur commiſſa tam ſuper proprietate q̃ ſuper poſſesſione,ſecus ubi dicitur ſuper moleſtationibus poſſesſionis talis rei uel facta narratiua deiectionis petit committi cauſam ſuper huiuſmodi moleſtationibus, quia tũc ſola cauſa ſuper poſſesſione cenſetur commiſſa.

2 Lis ſuper poſſesſione rei non faciat ipſam rem litigioſam ſed poſſesſionem dumtaxat.

3 Si committitur iudici ut compellat aduerſarium ne impediat impetrantem pacifice posſidere cauſa poſſesſionis tantum eſt commiſſa.

4 Verba ambigua cõmisſionis uel libelli deſeruiũt utilitati & intentioni impetrantis uel libellantis & recipiunt in-

terpretationem ſecūdum ſubiectam materiam ſemper fauore impetrantis uel libellantis etiam ſi expediat illa impropriando.

5 Cauſa ſimpliciter cōmiſſa utputa ſup tali recenſetur commiſſa ſub utroqꝫ, uidelicet proprietate & poſſesſione.

6 Verba moleſtatio iniuriarum ſeu iniuria reſpiciunt tā proprietatem ꝙ poſſesſionem.

7 Si contineat reſcriptum cauſam cōmitti ſup occupatione ſpoliatione & detentatione alicuius rei quā impetrans dicit ad ſe ptinere, uel ponatur clauſula cum incidentibus depen. emergen. &c. comprehenditur petitorium.

Deciſio ſexta.

PAlatiū ſicut tenuit olim, ita nūc tenet ꝙ cōmisſio ſup iactationibus moleſtatiōibus uel ſimilibus uerbis quæ in cauſarū cōmisſionibus ſolent apponi cōcepta tribuant † iuriſdictionē nedum in poſſeſſorio, uerū etiā in petitorio non obſtante concilio Cal. ſexto de reſcript. Sed pro concordia diſtingue, aut dicitur ſup moleſtationibus talis rei uel beneficii, uel ſuper moleſtationibus de & ſuper tali re, & procedit concluſio Rotæ ut ſit proprietas etiam in lite & res ipſa ex quo ſuper eius dominio uel quaſi lis introducitur auct. litigioſa. C. de litigi. & ibi Bal. Cy. & Bar. in. l. ii. eo. ti. Et petitorium habet in uentre poſſeſſorium, aut ſup moleſtationibus poſſesſionis talis rei, uel facta narratiua turbationis ſeu deiectionis a poſſesſione petitur cauſa committi ſuper dictis moleſtationibus. Et in hiis & ſimilibus poſſet forte procedere opinio Cal. qualiter lis in poſſeſſorio † uel ſup poſſesſione non faciat proprietatem rei litigioſam ſed poſſesſionem dūtaxat. d. auc. litigioſa. & glo. in. c. i. de cōfir. uti. uel inut. & ibi But. & Abb. ſunt enim res & cauſę diuerſę. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqui. poſſ. & in rub. de cauſa poſſ. & proprieta. & per to. ti. de utroqꝫ membro & materia in locis allegatis. & latius per Abb. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ ut

lit.pen. & milis in uerbo litigioſa res ſit,& quid in benefi- cialibus tradit Inno.in.c.cum M.Ferrarien.de conſtitu.in c.ex parte de arbi.Io.an.in.c.ii.ut lit.pend.in.vi.ubi etiam Phil.Franch.Bal.in.d.auct.Rot.iii.ut lit.penden.in addi. in no.& Mil.ubi ſupra.& de hiis latius deciſione incipien te Rota in antiquis.iii.& in alia maior pars dominorum quòd ira ſenſerit Cal. & colligitur ex themate in quo iu-
3 dici committebatur † ut compelleret aduerſarium ne im- pediret impetrantem pacifice poſsidere quod uidetur ſo nare ſuper poſſeſsione tantum.Item quando uerba eſſent
4 ambigua deſeruirent utilita ti † & intentioni impetrantis .l.ſi quis intentione.ff.de iudi.Abb.in.c. cum ueniſſent.ii. col.de reſtit.in integ. glo.etiam.ii.in.c.cum ad ſedem de reſti.ſpo. ponens qualiter in principio litis medio & fine ſunt accipienda, ſed ſecundum Cal.prolata erant ad cau- ſam poſſeſſoriam ad quam debent inſpecto fine referri.c. ii.de ordi.cogni.c.gaudemus de diuor. Recipiunt nanq; interpretationem iuxta ſubiectam materiam ſemper fauo re libellantis etiam ſi expediat impropriando ea. Abb.c. conſuluit.ii.de appellat.facit pro concluſione Rotæ.c.i.
5 de ſequeſtra.poſſ.& fruct. Vbi cauſa † ſimpliciter cōmiſſa ſub utraq; cenſetur commiſſa.& glo.exemplificat quādo cōmittitur ſuper tali re.Idem ergo quando ſuper moleſta tionibus talis rei cum non inſpiciantur magis iſta uerba,q̄ alia,ſed res ſuper quibus fit cōmiſsio, & uerbū moleſtare reſpiciat utrunq; ex quo conuentus ſuper dominio mole ſtari dicitur ſuper eo . Facit etiam quod tradit Inno.in.c. cū olim de offi.deleg.ꝙ uigore reſcripti in quo habetur
6 ꝙ aliquis iniuriatur † mihi ſuper fundo poſſum agere rei uendicatione ad fundum & conditione ſine cauſa ad fru- ctus perceptos . Idem ſi ſup nemoribus dicatur iniuriari ut agi poſſet de dānis datis poſſeſſori in petitorio . Et ibi infert Imol.ſecundum Inno.ꝙ ſub uerbis generalibus re ſcripti cōprehendi poteſt petitorium ſicut poſſeſſorium, paria autem ſunt dicere talis iniuriatur mihi ſuper tali re aut me moleſtat ſup ea uel iactat &c. ad terminos etiā.l.

diffamari.C.de inge. & ma.in qbus ſentẽtia uel terminus contra diffamantem exceptionẽ pararet in petitorio. Itẽ
7 uenit petitoriũ ſi reſcriptum contineat † ſup occupatione ſpoliatione & detentione alicuius rei quã impetrans dicit ad ſe pertinere Rot.in no.ix.de cauſa poſſ.& proprie.& Abb.in.c.i.col.iiii.de ſeque.poſ.& fruc.Sed cõmiſſa cau- ſa petitoria uel poſſeſſoria uenit utrunq; ſecundum.d.de- ciſionẽ.ix.licet cõmuniter contra ut refert & ſeqtur Abb. in.d.c.i.col.iii.de quo in allegata deciſione incipiẽte Ro- ta in antiquis.iii.& pp notata in.d.deciſione.ix. quod for te poſſet ꝓcedere opinio Cal.uel ſi termini ſunt partes ſe cundum communem de qua per Abb.in.d.c.i.

Septimæ deciſionis de reſcrip. Summarium.

Attenditur magis in commisſionibus ſignatura papæ aut cardinalis ꝙ extenſio regentis,uel ſic,regens cancella- riam licet poſſet extendere & declarare, nõ tamen reſtrin gere aut alterare ſignaturam papæ aut cardinalis.

Epithome.

1 Cardinali præpoſito ſignaturæ eſt data poteſtas ſignan- di etiam concedendi petita,regenti uero tantum exten dendi ſed non reſtringendi conceſſa.

2 In omnibus commisſionibus in quibus petitur quod poſ ſit procedi ſummarie ſolet regens extendere quod ꝓ cedatur ſummarie niſi ſit cauſa iniuriarum.

2 hoc † niſi conſtaret quod ante admisſionem & prouiſionem cedens reuocaſſet mutata uoluntate alias uoluntas durare præſumitur.c.maiores de baptiſ.in fi.ubi glo.allegat concor.facit.l.cum tacitum de proba.& quod Bar.in

3 .l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.iii.Vndecunq; † enim colligatur conſenſus ſufficit ad ualiditatem actus & poteſt quis ad id compelli.c.quidam de renunci.& ibi But.

4 nam procurator † mortuo cedente poſſet ad conſentiendum in cancellaria uel camera pro expeditione literarum aſtringi ex quo talis conſenſus non eſt niſi executio ad actum perfectum, & ad hoc non expirauerat mandatum cum iſtud ſit declaratio nihil addens rei perfectæ non diſponens de nouo ſed factum exequens ac ſignificās.l.hæredes palam.§.ſiquid.ff. de teſta.c.paſtoralis.§.fi. de appella.& ibi Abb.in prin.ad hæc.l.nam & Seruius.§.ſi ui

5 uo titio.ff.de nego.geſt. Vbi procurator † tenetur cepta adimplere nō noua inchoare multo ergo magis facta cō ſeruare, & pro illorum executione ac expeditione quidquid expediat aut ſit neceſſarium facere non ob.l.bonorum.ff.rem ra.habe.quod extrema eſſent impedita propter mortē inter datam & conſenſum quia procederet ſi de conſenſu in uita ut ſupra non conſtaret uel ſi is in can

6 cellaria † aut camera præſtatur eſſet de ſubſtantia non ad expeditionem ſeu probationem, nam regula de beneficiis reſignatis dicit quod literę nullatenus expediātur niſi reſignans expeditioni huiuſmodi conſenſerit, & non eſt de dādis cum reſpiciat expeditionē nec refragatur quod notarius recipiens conſenſum dicit quod talis conſentit ceſsioni & literarum expeditioni quia optime facit cum reſpiciat ad tenorem ſupplicationis & ceſsioni etiam uere conſentiat & ſi antea nō eſſet præſtitus aut probari nō poſſet, tunc eſſet ad eſſentiam & de ſubſtantia ex quo in

iſto actu ſicut in omni alio neceſſarius eſt conſenſus.l.i.ff. de pact. Sed ſi prius fuiſſet præſtitus,& de eo cõſtaret tũc eſſet ad expeditionem literarũ iuxta regulam quis enim diceret non eſſe perfectam gratiam cum conſenſu neceſſario. Si ergo porrigo Papæ ſupplicationem in qua cedo ut in ea dicitur & alius petit prouideri poſtquam Papa admittit quanuis ſecundo loco coram notario præſtem cõſenſus certe nullus. Nec ob.c.ſi tibi abſenti de præben.in vi.ibi ut tuus dici ualeat quoniam ſicut in cedente reſpe-
7 ctu † ceſſionis conſenſus exigitur, ita in ceſſionario cui prouidetur ad hoc ut ſit ſuum requiritur acceptatio nihilominus quoad ceſſionem ſufficit conſenſus cedentis modo iam dicto quoad prouiſum ut in.d.c.& in l.abſenti.ff. de dona.quia inuitum non radicatur beneficium regula inuito de regu.iur.ff.l.nec emere.C. de iure deliberandi.
8 Pro deciſione ultra prædicta eſt extrauagans † Alex.vi. determinans conſenſum poſſe præſtari poſt obitum cui declarationi in dubio iure eſt ſtandum inquit Pau.de ca. in.d.§.ſiquid Anch.conſi.293.Fely.in.c.cum olim de re iudi.& dum de conſenſu prædicto in camera aut cancellaria præſtatur in ſignatura Papæ de anno.1520.fieret uerbum papa Leo meminit ſemper audiuiſſe, ita fuiſſe tentũ & mihi & aliis diſceptantibus dixit & quod ea pars ſibi placebat.

Deciſionis ſecundę de renuncia. Summarium.

Data prouiſionis beneficii non trahitur ad diem conſenſus in camera aut cancellaria antea præſtiti. Idem ſi poſt datam prouiſionis præſtetur ſed magis cõtra uel ſic. Per conſenſum qui præſtatur in cãcellaria uel camera coram notario non abdicatur titulus ante admiſſionem uel ſic ſi pro duobus,diuerſis diebus ſuper eodem beneficio conſenſus præſtetur potior erit qui poſtea ſibi prouideri prius,aut eodem die cum alio in prouiſione concurrens gratificationem meruerit.

Epithome.

1 De ſtilo curie & de more cardinalium eſt ꝙ ipſorum conſenſus præſtatur ab eis in reſignationibus per cedulam propria manu ſubſcriptam ꝓprioq́; obſignatam ſigillo quæ poſtea præſentatur notario cancellarie aut cameræ apoſtolicę.

2 Vbi in gratia ſeu literis Apoſtolicis appoſita eſt clauſula gratificationis præfertur prouiſus per illas alteri prouiſo etiam apoſtolico eiuſdem date & poſſeſſori non habenti ſimilem gratificationem alias data paritate præfertur poſſeſſor.

3 Per reſignationem beneficii factam in manibus ſuperioris admittentis eandem reſignans amittit nedum poſſeſſionem,ſed etiam proprietatem & titulum,ſed ſi fuerit facta in manibus priuati ualet in præiudicium cedentis & non ſuperioris ſine cuius admiſſione non perditur proprietas nec titulus licet amittatur poſſeſſio.

4 Reſignans beneficium in manibus priuati ſi ſpoliatur poteſt illud repetere a ſpoliante tanquam habens ante admiſſionem ſuperioris uerum ius & titulus in eo,non tamen contra ordinariū qui poteſt ceſſionem approbare uel reprobare.

5 Si reſignās beneficium in manibus priuati impetrat aliud beneficium ante admiſſionem ſuperioris tenetur facere mētionem de beneficio taliter reſignato, propterea quia adhuc nō dicitur titulus a cedente abdicatus, nec dicitur reſignans eccleſiæ perditus donec ſuperior reſignationem admittat.

6 Notarius cancellarie aut cameræ nō præficitur ad admittendas uel reprobandas reſignationes beneficiorū,ſed tantum ad recipiendum ſeu teſtificandum reſignātium conſenſus iuxta tenorem ſupplicationum ſignatarum aut ſignandarum cum ad ſolum papam ſpectet reſignationes in Ro.cu.factas admittere uel reprobare.

7 In præiudicium ſuperioris currit tempus ad cōferendum ob negligentiam ſuam a die renūciationis in manibus

priuati facte & non a die ratihabitionis.

8 Conſenſus ſiue præſtetur ante datam prouiſionis ſiue poſtea ſemper trahetur ad diem date ipſius prouiſionis.

Deciſio ſecunda.

Cardinalis Cibo ceſſit canonicatui & præben. Friſingen. in fauorem duorũ diuerſis diebus p cedulam de more cardinaliũ corã notario cancellarie

1 propria † manu ſubſcriptã ꝓprioq; ſigillo ſigillatã, papa poſtea eadem die ſignat ſupplicatiõe pro utroq; gratificando uni ex eius tantum fuit dubitatũ corã domino Staphileo de menſe Mai. 1521. cui deberentur & concluſum

2 † ꝙ habenti gratiam gratificationis ex qno de prioritate non conſtabat licet pro non habente gratificationem conſenſus prius fuiſſet præſtitus ſicut non data gratificatione reſpiceretur poſſeſsio. c. ſi a ſede. de præben. in. vi. nõ ob. ꝙ pro non gratificato prius Cardi. conſenſerat quaſi a ſe omnia abdicaſſet ſecundum Ro. de renun. in no. iiii. uo

3 lenq; p renunciationem factam in manibus † ſuperioris uideatur amiſſa etiã proprietas, & ꝙ amisſio ſuperioris nõ eſt niſi quædam abſolutio uel dimisſio a ſua iuriſdictione p quam non confertur nec aufertur ius ſeu titulus in beneficio. Et ꝙ ſuperior poteſt dici notarius cancellarie aut cameræ ad recipiendas reſignationes aut earum conſenſus præpoſitus. Idem ꝙ contra renunciantẽ poteſt excipi ẽt de tacita renunciatione. glo. c. ex ore. de hiis quæ fi. a ma. par. capi. & c. quod in dubiis de renũcia. Ita ꝙ primus cõſenſus tantum ſit in conſideratione non ſecundus, quia reſpondetur ꝙ ante admisſionẽ bene ualet ceſſio etiam in manibus non habentis poteſtatẽ in præiudicium cedẽtis non ſuperioris. c. fi. eo. tit. & Card. & Imo. in. d. c. ex ore. Item ꝙ non perditur proprietas ſine licentia & admisſione prælati q̃uis ꝓdatur poſſeſsio tanquã nihil habens ſpiritualitatis neq; uinculi indiſſolubilis, & quia facilius amittit. l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſſ. Ita Inno. &

But.in.d.c.quod in dubiis.& Rot. Biſignet.iii.&.iiii.de
4 renū.in antiquioribus firmans cedentē † poſſe agere quo
uſq; fuerit priuatus & beneficium repetere ab intruſo ut
ius habentem dūmodo non agat cōtra ordinarium,& ꝙ
ante admisſionem ſequutā interea remanet uerum ius &
titulus in beneficio ſecundum Inno.in.d.c.ꝙ in dubiis.Et
ex hoc infert Fely.in.c.in noſtra.xxxiiii.cor.de reſcrip.ne
5 ceſſe eſt facere mētionem † de beneficio taliter renūciato
in impetratione alterius beneficii, quod non eſſet ſi ius &
proprietas non remanerent.Titulus nanq; nō dicitur a ce
dente abdicatus nec cedās eccleſiæ perditus donec papa
admittit,quia ſecūdum Gof.in ſum.eo.ti. licet perdat ec-
cleſiam non perditur eccleſiæ niſi ſuperiore uolente . Ita
etiam But.in.d.c.fi.ꝙ ſuperior poteſt approbare uel re-
ꝓbare,& quod dicit Hen.Boich.in.d.c.ꝙ in dubiis.&.d.
c.fi.ex quibus patet non obſtare cesſionem fuiſſe factam
niſi fuiſſet admiſſa per habētem poteſtatem poteſt etiam
6 dici ꝙ notarius † in cancellaria aut camera non ſit appoſi-
tus ad admittendas uel reprobandas reſignatione benefi-
ciorum,ſed duntaxat ad recipiendum earum cōſenſus iu-
xta tenorem ſupplicationū ſignatarum uel ſignandarum,
ſolius enim Papæ eſt admittere uel negare nō notariorū
coram quibus præſtantur conſenſus ad probationem ſeu
expeditionem literarum ſtante regula ꝙ literę apoſtolicę
non expediantur niſi reſignans conſenſerit ut dixi in pro-
xima deciſione.Ideo nota.cōſenſus eſt ꝙ talis cōſentit re
ſignationi & literarū expeditioni quāuis in aliq̄bus cedu-
lis Cardinaliū apponatur ꝙ cedit & reſignet ꝙ ex prædi-
ctis non obſta.deci.ad deciſionem primam de elec.in an̄ti
quior.Biſignet.ubi inſpicitur dies cesſionis nō admisſio-
nis dixi ꝙ data eius ueritate ibi illud eſt in præiudiciū ſu-
perioris qui poterat admittere & non admittere renuncia
7 tionem factam in manibus priuati,&ꝓpter eius † negligen
tiam in non ratificando ſeu approbando uel reprobando
huiuſmodi reſignationem tempus Lateranen.concilii ad
conferendum incipiat currere ſibi a tēpore renūciationis,

& non a tempore ratihabitionis,ſed ex hoc non ſequitur ꝙ ante admiſſionem ius & titulus non remanſiſſent ut ſupra.Item in papa id non cadit qui probabiliter putat cõ-
8 ſenſum nõ procedere,& magis eſt ꝙ conſenſus † trahatur ad diem date ſupplicationis q̃ data ad diem conſenſus patet quia literę dicunt hodie in manibus noſtris &c.Vnde quando conſenſus procedunt non uidetur effectualis ceſſio niſi in die admiſſionis, licet notarii recipientes conſenſus in hoc referant & repreſentent pſonam Papæ habito tamẽ reſpectu ac relatione facta ad ſupplicationẽ ſignandam,& eius tẽpus ſi ſequũtur trahũtur retro ad diẽ date.

Tertiæ deciſ.renuncia.Summarium.

Gratia in qua papa ex nunc admittit reſignationem & uacationem perceſſum ſeu alium dimiſſionem etiam in ſuis manibus uel notarii publici ac teſtibus factam intelligitur de ſimplici cesſione non in fauorem certe perſone ſi in curia fiat.

Epithome.

1 Sicut ab uſu paterfamilias ſic ab uſu papę ualet argumentum in reſignationibus qui non ſolet admittere illas ꝑ aliis perſonis q̃ pro illis in quorum fauorem fiunt.

2 Admiſſio papę reſignationum factarum in fauorem certarum pſonarum ac illarum ſcientia & tollerantia quæ arguitur ex diuturno & quotidiano uſu earundem omnem ſimonie labem purgat ſiue datam ſupplicationis admiſſionis ſequatur cõſenſus reſignantis ſiue præcedat, propterea quia tales reſignationes pasſim hodie fiunt & admittuntur in curia Romana.

3 Conſenſus præſtitus ante uel poſt datam ſupplicationis ſe refert ad ſupplicationem ſignatam uel ſignandã ſine qua non præiudicat reſignanti uolenti cedere in fauorem certe perſone cũ trahatur ad datã ſupplicationis.

Deciſio tertia.

CONfirmauerat papa creationē in canonicū eccleſię collegiatę ſancti Angeli de urbe factā ꝑ Cardinalē Surren. de ꝑſona Ricardi de Bartholinis, & admiſerat prouidendo ex nunc prout ex tunc. q̄ primū cano. & pręben. uacarent ꝑ ceſſum uel deceſſum ſeu quāuis aliam dimiſsionem etiam in manibus ſuis aut coram notario & teſtibus factam cōtigit: ꝙ Angelus de accuſinis decimaſeptima Sep. ceſſit urbe in manibus notarii cameræ apoſtolicæ in fauorē ſui nepotis ſequenti die fuit admiſſa ceſſio, & facta ꝓuiſio nepoti. Ricardus corā domino Paulo de Capiſuchis, & Camillo de Ballionibus qui poſuerunt cauſam in rota de menſe Octobris. 1522. dicebat ſuam ꝓuiſionē ſubintraſſe ſtatim facta ceſsione quaſi papa admiſiſſet ceſsionem & prouidiſſet in euentum ceſsionis, ita ꝙ admiſsio in ſequenti die dicitur ſecunda & ſine effectu, & prouiſio nepoti de beneficio pleno. Nam papa qui iura non ignorat. l. omniū. C. de teſta. c. i. de conſti. in vi. & ſcit ꝙ ante admiſsionē ſuperioris ceſsio nō abdicat titulū. c. admonet. c. fi. Inn. & But. in. c. ꝙ in dubiis de renuncia. & Rot. Biſignet. in antiquior. iii. & iiii. eo. ti. Fely. in. c. in noſtra. xxxiiii. corr. de reſcrip. & latius dico in alia deciſione ꝙ ꝑ conſenſum qui præſtatur in cancellaria nō abdicatur proprietas, & incipit Car. Cibo ſupra eo. & uidetur a tempore confirmationis prouidendo ex tunc aut eo ipſo ſecuta ceſsione eam admiſiſſe per neceſſariū antecedens ſicut econtra. l. ad rem mobilem. l. ad legatum de procu. l. oratio de ſponſa. l. illud. ff. de acqui. hęre. & ſuſpenſio omnium gratiarum in ꝓuiſione nepotis uenit tarde poſt admiſsionem iam dictam et prouiſionem Ricardi. Hiis non obſtan, concluſum fuit gratiam Ricardi procedere in ſimplici reſignatione non in ea quæ fit in fauorem certe ꝑſone, & hoc ab uſu papæ † q non cōſueuit pro alio q̄ pro eo in cuius fauorem eſt facta ceſsio admittere ipſam. l. uel diuerſorum. ff. de pigno. act. c. illo uos in fi. de pigno. c. cum marthe iuncta glo. in uerb. probabilius de cele. miſ. Non

ob. ꝙ quia in fauorem uidebatur ſymoniaca glo. in.c.ex parte.i.de offi.dele.& nõ abdicans ius a reſignante.Inno. in.c.cum uniuerſorũ de re.ꝑmu. Rot.de renun. in antiq. vii.& ſic ꝙ uacaſſet ꝑ obitum Angeli non ꝑ reſignationẽ prout annotaui in alia deciſione incipiente concluſum eſt
a in una coram domino Hugone ſcientia tollerantia † & admisſio papæ purgat maculam & pasſim admittuntur tales cesſiones in curia ſiue ꝑſonaliter ſiue per procuratores fiant ex quibus & tam longisſimo & quotidiano uſu colligitur euidentisſime notitia papæ quẽadmodũ inquit Fely.in.d.c.in noſtra cor.v.ꝙ ſi reſeruatio eſſet generalis & publice nota præſumitur papam ſcire illam, & eius expresſio eſt ſuꝑflua,& ꝙ reſeruatio inducta ꝑ regulas præſumitur nota papę cui non refragatur ꝙ id locum habeat quando cõſenſus ſequitur datam quaſi papa ſciens & prudens iam purgauerat nõ ſi antea erat præſtitus,quia uidemus ꝙ quandocunqꝫ ſit cõcepta ceſſio in fauorẽ admittitur & omnino idẽ eſt cũ posſit cõſenſus præcedere & ſequi.c.cura.c.ſuggeſtũ de iur.patro. Rot. de re.ꝑmu.v. in no.doc.in.l.ſiqs mihi bona.§.iuſſus.ff. de acqui. hære. non enim ignorat papa ꝙ aliquãdo præcedunt aliquãdo ſequuntur cõſenſus quodqꝫ in curia oẽs fiunt in fauorem nõ alias,nec cedentes incurrant periculum ꝑdendi beneficia tantis quæſita laboribus.c.ſuꝑ hoc de renun.l. cum in debito.ff.de proba.& ꝙ in cesſionibus conceditur latisſima ſuſpenſio quarũcunqꝫ gratiarũ pro ſecuritate.Item ꝙ
3 conſenſus ante uel poſt ſe † refert ad ſupplicationẽ ſignatam uel ſignandã,& ꝙ ſine ea nõ præiudicet, & de hiis in allegata deciſione Cardinalis Cibo,& ꝓpterea noluerunt domini ꝙ noceret,quia notarius per errorem poſuit Angelum cesſiſſe aut cedere ſecundum ſupplicationẽ ſignatam ſub tali data cum in ueritate ſignata nõ eſſet. Item ꝙ non obſtaret etiam clauſula ꝙ Angelus cedere proponit prout cedit de præſenti,& re uera pridie reſignauerat, ex quo de more taliter cõcipiuntur ſupplicationes cesſionũ, ſit uel nõ præſtitus cõſenſus & aliter non ſoleat præſtari q̃

in fauorem & papa non magis reſpicit ad ſequētem q̄ ad precedentē cōſenſum cum ignorat an ſit præſtitus necne & ſi ſequentem ſolum reſpiceret nō uerificaretur ꝙ cedit quis de præſenti niſi conſtaret ꝙ is qui cedit per ſe uel ꝓcuratorē aut alium de eius mādato ſupplicationē ſignari porrexiſſet ut pono in illa deciſione incipiente cōcluſum fuit in una Senen. & ualet gratia ſignata ſupplicatione uiuo cedente, licet conſenſus ꝑ procuratorem præſtetur eo mortuo. Et ex prædictis conſtat nō obſtaret quod uoluit Egi. quem refert & ſequitur Alex. i. q. i. ordinationes pe. col. & ult. ꝙ quando in fauorem requiritur ꝙ papa faciat ex certa ſcientia ut purgetur uitium. Nam ꝙ taliter faciat eſt notorium ut eſt dictū. Et ita in curia practicatur ut ibi Alex. etiam ſubiicit, & ſi aliter cōcluderetur deciperentur multi qui ſequentes ſtilum curie putant cedere ſecure in fauorem & ante uel poſt cōſentire iuxta tenorem ſupplicationis ſignandę aut ſignate, ac interim darentur, & cederent in grauiſſimū curie præiudicium, quoniam pauci reſignarēt. Item ſi teneremus ꝙ niſi papa expreſſe intelligat facta in fauorē nō uideretur admittere ceſſionē omnino non ſubintraſſet gratia Ricardi ante obitū Angeli ſtatim facta ceſſione ut ſupra. Per obitum autem non uacant ex prædictis, & ſic ſtat concluſio. Item notarius admittendo ſeu recipiendo ceſſionem & cōſenſum in fauorē alicuius ex ſtilo prædicto atq; ſciētia & approbatione papę refert ac repreſentat ipſius ꝑſonam in propoſito, habito tamen reſpectu ad ſupplicationem ſignatam aut ſignādam non obſtan. ꝙ ſupplicatio dicat Angelum cedere abſq; expreſſione ꝙ in fauorem talis qui ſupplicat ſibi prouideri, nam in talibus ꝙ in fauorem fiat inſpicitur prout ex conſenſu declaratur, & utplurimum ita cōcipiuntur ſupplicationes ceſſionum in fauorem.

De pactis.

Vnice deciſionis de pactis. Summarium.

Concordata germanice cōprehendunt etiā coadiutorias cum

rias cum futura ſucceſsione,ſed non regreſſus & clauſula præſeruans acceſſus & regreſſus, ac de conſenſu coadiutorias intelligitur reſpectu uerbi de conſenſu in coadiutoriis duntaxat.

Epithome.

1 Quia regreſſus habent cauſam iuris de præterito & non ſimpliciter de futuro,ideo non continentur nec ſub indultis Cardinalium,nec ſub concordatis germanice,ſecus eſt in coadiutoriis cum futuris ſucceſsionibus quæ nihil habent de præterito.

2 Concordata germanice ſunt latisſime interpretanda in fauorem ordinariorum & contra cõcedentem, quia per illa fit reductio ad ius commune.

3 Acceſſus nullam habent præambulam cauſam iuris præteriti,ut habent regreſſus, quare cauti curiales pro illo qui cedit maxime iuri liti & cauſæ indeciſe reſeruante ſibi regreſſum petunt in ſupplicatione concedi regreſſum acceſſum ſiue ingreſſum,ut ſi non ſit locus regreſſui ſubintret acceſſus non ſupponens ius aliquod præexiſtens.

4 Quando Papa in reſignatione quæ fit in manibus ſuis ſuſpendit ad illius effectum omnes expectatiua ſpeciales uel generales reſeruationes uniones nominationes & alias ſimiles gratias citra acceſſus etiam ſine conſenſu non ſuſpenduntur, coaditorie uero ſine conſenſu ſic, quia uerbum de conſenſu poſitum in huiuſmodi limitatione ſupplicationum refertur ex ſtili interpretatione tantum ad coadiutorias.

Deciſio unica.

Concordata germanie generalia tollunt materias præuentiuas in ſex menſibus conceſſis ordinariis.ſed an tollant etiam coadiutorias quæ hodie dantur cum futura ſucceſsione dubitatur in una Ratislanien.1514.co-

ram domino Ioanne Antonio de Triuultiis, & pro negatiua allegabat quod regreſſus & acceſſus non ſubiiciebantur quaſi non eſſet in eis ſimplex reſeruatio, ergo nec coadiutoria. Nihilominus maior pars dominorum te-
1 nuit affirmatiuam conſiderando quod regreſſus † habent cauſam iuris de præterito non ſimpliciter de futuro, ideo non continentur ſub concordatis nec ſub indultis Cardinalium, ut dicam in ſequenti concluſione ſecus in coadiutoria nihil habenti de præterito. Item ob. prægnantia uerba concordatorum excluden. expectatiuas reſeruationes ac quanuis aliam &c. importantia quancunque diſpoſitionem de futuro etiã diſsimilem propter dictionẽ quanuis ut per docto. in. l. pe. C. qui admitti. & in. c. ſedes de re
2 ſcript. Item quia concordata † reducunt ad ius commune ſunt fauorabilia ac plenisſime in ordinariorum fauorem & cõtra concedentẽ interpretanda. l. ſi unus. §. quod & in ſpecie de pact. l. non ſtatim cum ibi not. ff. de pecul. xxxv. diſt. ab exordio. c. cum dilectus de conſue. glo. in cle. ſi de beneficio de præben. & Cal. cõſi. xxii. eo. ti. & de reſcript. vii. Abb. in. c. ſuper eo. de offi. deleg. & in. c. fi. de pe. & remiſ. Anch. conſi. xxxi. ad excuſationem & Lud. Ro. 237. clarum eſt. Cæterum autem coadiutoria aut eſt ſimplex reſeruatio & cadit ſub concordatis aut mixta, & quia in fauorabilibus uenit caſus mixtus. l. ſi ita ſcriptum de lib. & poſt. l. ii. in prin. ubi Moderni. ff. de uerb. obligatio. Sed ante quia illa conſideratio de cauſa iuris præteri-
3 ti non uera in acceſſu † cum nullam habeat præambulam, licet in regreſſu contra qui ſupponit ius priſtinum & dependentiam a præterito ſicut priuatio habitum. l. decem. ff. de uerbo. obliga. & § ſeruus inſtitu. de capi. dimi. Vnde curiales caute petunt regreſſum acceſſum & ingreſſum, ut ſi non ſit locus regreſſui ſubintret acceſſus non ſupponens ius aliquod præexiſtens niſi diceremus peculiare eſſe in eis ex quo ſemper præſeruantur ut non ſubiiciantur concordatis quemadmodum regreſſus. Sed conſidera quia etiam coadiutorie de conſenſu præſeruantur

per hanc clauſulam præter uel circa acceſſus & regreſſus ac de conſenſu coadiutorias quo attento nõ deberent cõ
4 cordatis ſubiici. Quod uerbum de conſenſu † ad coadiutorias tantum refertur, & ita ſtilus accipit pro quo facit. c. cum dilecti de donati. alias clauſula in principio medio uel fine poſita ſi poteſt refertur ad omnia. l. iii. §. i. de libe. & poſth. de quo per docto. ibi & in. l. talis ſcriptura, & ibi Bar. ff. de leg. i. & in. c. ſecundo requiris, & ibi Abb. de appella. tantum enim præſeruantur coadiutorie de conſenſu & ſuſpendantur alie non habentes conſenſum. Regreſſus uero & acceſſus etiam ſine conſenſu dati præſeruantur, nam in regresſibus eſt conſideratio primeui iuris, & in accesſibus & coadiutoriis cauſa ac compoſitio, quoniam ſi gratis aliquibus dantur habetur reſpectus ad labores & merita talium qui maiora merentur in recompenſam laborum pro ſede apoſtolica, aut pro concedente im penſorum prout alias opera alicuius pro pecunia ualet in ſti. de ſoci. §. de illa. Ratione autem compoſitionis uidentur ſapere & quaſi habere uim contractus inter ſubditum & principem ad. c. primum cum materia de proba. & eſſet graue quod per concordatam euacuarentur. Sed tunc nec coadiutorie continerentur in concordatis quia etiam cõponuntur & ad materiam. d. c. i. poteſt dici quod ſi ſaperent uim cõtractus non minus concordata quę etiã ob publicam utilitatem ſunt firmata & pro maiori bono quàm regreſſus & acceſſus. Item ſi coadiutorie prædicte non præſeruarentur per dictam clauſulam omnino ſi ſunt de natura materiæ præuentiuæ ſuccumbunt concordata ut ſupra. de acceſſu nihil affirmo cum pendeat lis in rota & ueniat diſputandus iſte paſſus qui occaſione concordatorum ac indultorum Cardinalibus conceſſorũ eſt quotidianus, & haberet ex præmisſis conſiderationes hinc inde maxime quia non ſicut cauſa acceſſus & quidem plures hoc tempore conceduntur. De coadiutoria uero quæ ſine ſucceſsione datur eſt ti. de cle. egro. & tex. in. c. grandi de ſup. negli. præla. in. vi.

Primę deciſ.de procuratoribus.Summarium.

Procurator eius qui ſuccubuit per tres conformes poteſt impetrare reſtitutionem aduerſus ipſas ſi in mandato cum quo litigauit erant iſta uerba ad agendum defendendum appellandum & ſupplicãdum.Et generaliter ad omnia & ſingula alia &c.uel ſic ad petendam reſtitutionẽ in integrum principaliter & cauſam ꝓſequendo ſufficit mandatum ad agendum appellandum & ſupplicandum.c.

Epithome.

1 Ex gratia principis & ſupplicatione impetrantis procedit in integrum reſtitutio, & licet ex toto non dependeat a gratia cum innitatur iuri habet tamen gratiam annexam dependentem potius a iure ꝙ a iudice.

2 Procurator in Ro.cu.eſt obligatus pro principali ſuo abſente ad ſoluendũ expen.regeſtri.

3 Speciale mandatum requiritur ad petẽdam reſtitutionem in integrũ principaliter nihilominus tamen ſufficit ſpeciale comprehenſum ſub generalitate uerborum & ſi dicatur ad tranſigendum & generaliter omnia & ſingula faciendum quæ requirunt ſpeciale mandatum quia ad tranſigendum etiam requiritur mandatum ſpeciale.

4 Ex ſtilo curie nunc ualide & abſq; pena falſi impetrãtur litere apoſtolice ad lites & ad earum impetrationẽ admittuntur abſq; ſpeciali mandato non obſtante diſpoſitione.c.nonnulli ad ſi.de reſcrip.

Deciſio prima.

Ccurrit dubium in una Caurien.hæremitoriun coram me penden. de menſe Aprilis. 1516. An procurator eius qui ſuccubuerat ꝑ tres diffinitiuas cõformes uigore ſui mandati in cauſa dictarum ſententiarum in quo erant iſta uerba ad agendum & defendendum appellan

dum & ſupplicandum & generaliter ad omnia alia facien
dum &c. potuerit impetrare reſtitutionem in integrũ ꝓut
obtinuerat & proſeq cauſam abſq̃ alio mandato & unus
ex dominis dicebat quod uerbum ſupplicandum reſtrin-
gebat ad terminos auct. quæ ſupplicatio. C. de præci. im-
1 pe. offe. Sed alii contra ex quo † reſtituere in integrũ pro-
cedit ex gratia principis & ſupplicatione impetrãtis licet
non ex toto dependeat a gratia cum innitatur iuri habens
gratiam annexam potius a iure q̃ a iudice, inquit Abb. in
c. ſuſcitata. iii. col. & ult. de reſti. in integ. & cauſatur a qua-
dam equitate eius cui datur ſecundum Ange. in. l. qui pro
prio. §. item quæritur. ff. de procur. & hoc mihi placuit q͞a
licet mandata ſint ſtricti iuris. c. qui ad agendum de proc.
in. vi. & cle. non poteſt eo. ti. & Rot. deci. xiii. in no. eo. tit.
tamen quando uerbum ſui natura eſt aptum natum com-
prehendere impetrationem reſtitutionis prout eſt uerbũ
ſupplicare ut patet in omnibus etiam mere gratioſis, hoc
non eſt diſcedere a naturali uerbi ſignificatione quinim-
mo in uim comprehẽſiuam omnia complecti. l. libertum
. §. ſenatuſconſulti. ff. de rit. nup. cle. i. iuncta glo. de elect.
nec eſt a iure alienum ita intelligere ſi natura uerbi id pa-
tiatur etiam in genere quando ambiguum eſt uerbum a
proferente, & in eius utilitatem declaratur & accipitur. l.
ſiquis decurio. C. de falſi. l. ſiquis intentione ambigua. ff.
de iudi. quod uidetur declarari procuratore impetrante
reſtitutionem & litem proſequentem cum impenſa & la-
bore quod ſine domini ſcitu fieri aut factum non præſu-
mitur cum dominus qui tenetur procuratori non iactet
de facili nec procuratori pro domino perdere uelit qui in
2 curia pro expenſis principalis † abſentis ſoluendis pro re
giſtro eſt obnoxius. l. cum de indebito. ff. de proba. c. ſu-
per hoc de nunci. Rot. de procur. in no. xxiii. ad hoc fa-
3 cit quia quanuis ad petendam † reſtitutionem in integrũ
principaliter requiratur ſpeciale mandatum. l. illud. §. i. ff.
de mino. & ibi legiſte glo. in. c. ſuſcitata de reſti. in integ. &
ibi Abb. poſt alios ſecũda col. qui dicit hoc communiter

teneri.& glo.in.c.qui ad agendum de proc. in.vi.&.c.coram de reſti.in integ.nihilominus ſufficit ſpeciale compre henſum ſub generalitate uerborum, ut inquit idem Abb. in.d.c.coram.ii.col.ſubiiciens ſe plus putare quod ſufficit ſi dicatur ad trãſigendum & generaliter omnia faciendũ quæ requirunt ſpeciale mandatum.c. qui ad agendum de procur.in.vi.l. ſed & ſi quis.§. quæſitum cum ibi no.ff.ſi quis cauti.cum ſatis comprehendatur caſus reſtitutionis ex quo iſtud non eſt præiudiciale nec continet penam reſpectu domini.Et mandatũ generale ad petendum reſtitutionem in integrum ſufficit ſine expresſione alia ſecũdum deciſionem Egi.xxxii.facit.c.ſi.de except.ſecundum eundem Abb. quod procurator etiam generalis poteſt † ſine alio ſpeciali mandato literas impetrare in cauſis in quibus ex ſuo mandato agere poteſt de quo ſe remittit ad dicta per eum in.c.nonnulli de reſcript.& ſi potuit impetrare & proſequi ex quo in ea cauſa habet facultatem agendi & defendendi ſicut appellationem proſequendi ſi uult licet non cogatur.c.non iniuſte de procur.ibi Abb.etiam .l.inuitus.C.eo. quam impetrationem autem generale reſcriptorum ad lites ſtilus curie non obſeruat diſpoſitionem.d.c.nõnulli in fin.& ita etiam not.ibi glo.quia unuſquiſque ſine ſpeciali mandato ualide,& abſque pena falſi admittitur.

(4 in margin beside "dem Abb. quod procurator…")

Secundæ deciſ.de procura.Summarium.

Procurator actoris uel rei qui obtinuit rem iudicatam poteſt & tenetur uigore mandati in cauſa iudicata defendere in cauſa reſtitutionis impetrare aduerſus eam.

Epithome.

1 *Si aduerſus ſententiam poſtulatur reſtitutio in integrum primæ cauſæ procurator non indiget ſpeciali mandato quia eſt de incidentibus & appendiciis ac depen-*

denti.primæ cauſæ in quibus mandatum ſpeciale non eſt neceſſarium ſecus uero ubi petitur in integrum reſtitutio.

2 Procurator rei ſeu defendentis cauſam reſtitutionis in integrum non indiget ſpeciali mandato.

3 Si ad cauſas deuolutas fuit quis conſtitutus procurator, tenetur defendere cauſam commiſſam in curia de ſpeciali mandato Papæ.

Deciſio ſecunda.

DVbitandi etiã in una mindoniẽ.hæremitorii quæ coram me pendebat eodem tempore. An procurator actoris qui obtinuerat rem iudicatã poſſet & deberet abſque nouo & ſufficienti mandato defendere principalem ſuũ in cauſa reſtitutionis impetrate a reo
1 † ex quo procuratorium de cauſa reſtitutoria nihil dicebat & uidebatur expiraſſe finita lite.l.i.ff. de re iudi.l. terminato.C.de fructi.& litis expen.quia etiam ea non finita compellitur cauſam appellationis proſequi.l.inuitus .C.de procur.c.non iniuſte eo.tit.& alia uidetur cauſa reſtitutionis & noua a prima. Et quia in impetranda reſtitutione principaliter requiritur ſpeciale mandatum ut in proxima deciſione dixi, & fuit concluſum quod poterat & tenebatur defendere per.l.qui proprio.§.item quæritur.§.ff.eo.ſecundum quintam lec.Accur.quam ſequuntur ibi inter alias & ueram ſaltem in ſe. Ange.Pau.de ca. & alii & declarat Bal.melius dicens quod mandatũ cauſæ principalis porrigitur ad cauſam reſtitutiõis in integrũ quæ petitur contra ſententiam quæ eſt ſecundarium iudi
2 cium conſequens. Quando enim poſtulatur † reſtitutio aduerſus ſententiam procurator primæ cauſæ non indiget ſpeciali mandato ſecus ubi petitur in integrum reſtitutio.l.illud.§.i.ff.de mino.ratio differentiæ quia reſtitutio contra ſentẽtiam quodammodo uenit incidenter ex prius actitatis & in incidentibus non eſt opus ſpeciali mãda

to.l.ſi.C.ubi & apud quem cogni.in integ.reſti.agitan.ſit &.c.ſuſcitata cum ibi not.de reſti.in integ. non ob.d.l.inuitus quia ut inquiunt glo.& Bal.in.d.§.reſtitutio in integrum eſt de appenditiis primæ cauſæ & non mutatur ibi forum eiuſdem iudicii ſicut in cauſa appellationis unde primo caſu non ſecundo prætenditur mandatum.l.præfecti.ff.de mino.Ita etiam Iaſ.in.d.l.inuitus in quarta limitatione ad idem.vi.lec.ultramontanorum quam Bal.in allegato.§.declarat quod mandatum in cauſa integra habet locum in cauſa integrata per reſtitutionem in integrū aduerſus ſententiam latam contra minorem in exemplo q̄ð ponitur & non dicitur noua cauſa ſed eadem & ſecūdum lec. quintam prorogatur mandatum de una cauſa ad aliā ſecundum iſtam ſextam prorogatur de una cauſa ad ſeipſam,facit etiam.l.quod ſi de ſpeciali.ff.de mino.quod ꝓcurator eius contra quem petitur reſtitutio ſuſtinet partes rei & debet cauere,ut dicit ibi Bar.& per eundem tex. inquit Inno.in.d.c.ſuſcitata quod talis procurator admittitur ſine ſpeciali mandato ubi Abb.iii.col.firmat idem dicendo ſe intelligere ut requiratur ſpeciale mandatum ex parte petentis reſtitutionem non ex parte defendentis ad hæc etiam.l.ſeruū quoq;.§.ait prætor.ff.de procu.& pro præmiſſa eſt firma concluſio, & non obſtant cōtraria nec hoc quod dicit.d.§.Item quæritur ſecundum dictas lec. loquatur in procuratore actoris ex generalitate etiam.d. l.quod ſi de ſpeciali, & ex hiis quæ Bal.ſine deſtinatione ſcribit ſuper dicta quinta lec.&.vi.in.d.§.& x ceo etiā qa procurator ad agendum ut dicatur idoneus debet habere poteſtatē ad defendendum.c. accedens iuxta glo. de procura.& quando eſt ſimpliciter ad agendum datus uidetur in quadā conſequentiam conſtitutus ad defendum pro quo & concluſiue.d.l.ſeruum quoque.§.ait prætor &.l.inuitus.§.pena.cum glo.ff.eo facit in ar.c.i.eo.titu.& c.qui agendum in.vi.& Abb.in.d.c.accedens & ſic iſta cō cluſio ut poſtea legendo deciſiones Egid.inueni fuit obtenta de primo anno domini Guil.gal.ut dicit Egid.de

ciſi.283.procurator. In procuratore conſtituto ad agen-dum uel defendendum per.d.§. Item quæritur & no.
3 etiam quod procurator † conſtitutus ad cauſas deuolu-tas tenetur defendere in cauſa commiſſa in curia de ſpe-ciali mandato ſecundum Rotam deciſio.xxxiii.in antiq. de procur.

Tertiæ deciſ.de procur. Summarium.

Pro mandato ſententiæ antiquiſſime præſumitur uel ſic ſolemnitas mandati ad actum neceſſarium præſumi-tur in antiquiſſimis.

Epithome.

1 Et ſi non præſumatur alias extrinſeca ſolemnitas, tamen ex antiquitate nedum centum,ſed etiam triginta uel.xl. annorum præſumitur etiam ſi de alterius præiudicio principaliter tractetur.
2 Mandatum & cõpromiſſum præſumuntur in laudo ual-de antiquo præceſſiſſe.
3 Quanuis pro ſententia recenti non præſumatur ſine pro-ceſſu,tamen pro ualde antiqua ac illius proceſſu & nar-ratis in ea præſumitur, quanuis acta non reperiantur abſq; alia probatione & multo magis.
4 Præſumitur actus requirens impenſam factus de manda-to eius cuius intereſt, & hac ratione præſumitur pro mandato eius qui ſoluit penſionẽ illi qui erat in quaſi poſſeſſione percipiendi etiam ſi nullo modo cõſtet de mandato illius qui dicitur penſionem debere nu.4.
5 Dominus qui uidet cauſam ſuam agi & non contradicit præſumitur dediſſe mandatum.
6 Etiam ſi cum ſententia eſſet productus proceſſus in quo deficeret mandatum præſumitur in antiquis uel anti-quiſſimis ratihabitio aut ſcientia uel patientia domini uel ſimile præſumptum mandatum.

7 Vbi tranſactio fuit diuturno tempore obſeruata præſumitur capituli conſenſum interueniſſe in ea licet inſtrumētum nihil dicat de conſenſu.

Tertia deciſio.

Lata erat ſententia in una Tridentina cōfiniū pro Nacenſibus contra Arcēſes a.cc.annis citra opponebatur de anno.1516.coram domino Iacobo Simonetta de nullitate & defectu mandati cum ſententia poſſet ꝑpetuo dici nulla uſqꝫ ad mille annos ſi de mandato non conſtet ſecundum Bal.in.l.ii.ſi ex fal.inſtru.& in.l.i.C.de rebus alie.non alien. poſt prin.Alex. in.l.ſciendū.iiii.col. de uerb.oblig.in.l.qui in aliena.in prin.ii.col.ff.de acqui. hęre.& conſi.i.pe.col.iiii.uol.ad hoc.c.quoniam contra. de proba.Et ita in una Ilerden.diſputando fuerat dictum ſed non iudicatum:nihilominus in iſta concluſum fuit oppoſitum & pronunciatū per dictū dominū Iacobū cuius ſententia fuit per duas confirmata,moti fuerunt domini ꝑ conci.Curtii.lxxvii. ubi refert Bal.ſibi contrarium fuiſſe præſumi pro inſtrumento mandati procuratorii in conſi. in primis uidendum eſt,& ibi uerius q̃ in.d.l.ii.&.i.In quibus cum ſequacibus loquitur ſine lege.Ita ꝙ eius dictum
1 erubeſcit.l.illam.C.de colla. Nam licet alias † ſolemnitas extrinſeca non præſumatur glo.Bar.& alii in.d.l.ſciendum per.l.quæcunqꝫ.§.fi.de publi.& in.c.ſicut de re. iudi.ubi Fely. poſt alios. & Canoniſte in.c. cum in iure de offi.dele. bene tamen præſumitur nedum ex antiquitate centum annorum uerum etiam.xxx.&.xl.etiam ſi principaliter tractatur de alterius præiudicio per text. ſingularē ſecundum intellec.glo.in.c.peruenit de emp.& uē.& ibi etiam Imo.iiii.col.uer.& no.ex prædictis &.vi.uer. Item quod emptrix: per quem limitatur.l.ſi filiusfamilias cum ibi no.C.de peti.hære.ubi longum tempus ſufficit. & dictū tex.dicunt ſing.Ang.& alii poſt eum in.d.l.ſciendum. Bar.Ang.Imo.Roma.& moderni in.d.l.q aliena.& plu

res alii adducti per Curti. in.d.conſi. & nullibi cauetur maius tempus requiri, facit quia in facto ualde antiquo
2 † ut ſubiicit etiam in laudo præſumuntur mandatum cum compromiſſo præceſsiſſe cum conſi.v.inter conſi.Cal.de reſcript.& But.conſi.xxiiii. quæſtio hæc ac pro ſententia antiqua præſumitur quanuis non reperiantur acta Inno. in.d.c.cum in iure.Bar.in.l. admonendi.uer. quæro quid ſi reperiuntur dicta teſtium col.x.ff. de iureiuran. in facto etiam de antiquo ſufficit præſumptiua probatio glo. in.l. qui ex liberis.ff.de bo.poſ.ſec.tab.& alias uerba enunciatiua probatur ſecundum But.in.c.fi. de ſucceſ. ab inteſta. Saly.& Alex. adducentem multas auctoritates in.l. cum aliquis.C.de iure delibe.& dicit Bal. poſt Cy.in.l.emanci
3 patione.C. de fide inſtru. quòd ſi ſententia † eſt multum antiqua ſtatur illi in narratiuis & enunciatiuis quomiã iuuatur tempore pro quo tex.in.c.bone.de elec.& Papien. in ſua practica in forma diffinitiue. xiiii.col. cum ſe. declarando dicta docto.in.d.c.cum in iure, inquit ea procedere in ſententia de recenti lata, ſecus ſi eſſet de longinquo, & eius probatio foret difficilis ut tunc indiſtincte pro ea pro proceſſu,& in ea narratis præſumatur abſq; alia probatione inducens Ho.ibi Inno.in.d.c.quoniam contra.& Cy.in.d.l.emancipatione.magis ergo id procedit in antiquisſimis.cc.annorum facit quia difficillime probationes iuſtificare antiquisſimam ſententiam cum mandatis quæ in multis locis non regiſtrantur, & in curia poſt curſum tanti temporis plura regiſtra cauſarum pererint & non inueniũtur,& idem de iuribus productis quæ finita lite p artibus ſi petant reſtituuntur. Si igitur in inſtrumento ſententiæ de mãdato fit mentio dicamus illud præſumi. pro quo ait Curti.glo.in uerbo ſine ſpeciali mãdato tex.in.c. ex parte decani de reſcrip.qnando pauci põderant uolentes reſcriptum præſumi impetratũ ab eo qui de hoc ha
4 buerit mandatũ. Accedit quia actus † requirit impenſam ideo præſumitur factus de mandato & nomine eius cuius intereſt.Bar.& Alex.in.l.cum ſeruus.ff. de uerb. obli.

& de prædictis latius Curti.in.d.conſi.Item uult Deci.cõ ſi.xxxvi.quòd mandatum ſyndicatus probetur ex inſtrumento in quo dicitur in principio de cuius ſyndicatu apparet manu &c.&hoc inter eaſdem perſonas.l.optimam de contra.& con.ſtip.Bar.in auct.ſiquis in aliquo ult.col. C.de eden.& uideatur Abb.in.d.c.ſicut col.iiii.& procedit concluſio ſecundum Deci.in ſuo caſu, quia mandatũ erat neceſſarium ad actum per But.in.c.illud de præſum. ubi ẽt Abb.iii.col.Ita hic ad ualiditatem ſententiæ quãdo lis per procuratores eſt agitata, & ut eſt dictũ in antiquiſſimis uerba enunciatiua inſtrumenti probant, de quo & Bal.in.d.l.cum aliquis.& Alex.conſi.vi. circa fi. uiſo themate li.i.& .lxxiiii.uiſis li.iiii. & propterea ſatis probatur mandatum ſindicatus per uerba inſtrumenti etiã ſi eſſent enunciatiue,& ꝙ dicitur mandatum nõ probari etiam ex maxima diuturnitate tẽporis procedit.Inquit Deci.quando allegatur ſimpliciter & nulla ratione iuſtificatur quẽadmodum Bald.loqtur in.d.l.ii.Secus quando inſtrumentũ narrat dicendo aliquem habere mandatum quin talia uerba adiuuantur ex antiquitate tẽporis ex qua facilius probatio confortatur & ſuppletur q̃ ex toto inducatur. facit quod no.Inno.in.d.c.cum in iure.& Bar.in.l.i.C.de rela. &,Bal.in.d.l.i.de reb.alie.non alie.ubi uult mandatum ex coniecturis probari. Item ſecundum Rot.ii. in antiq.de cauſa poſ.& proprie. præſumitur pro mandato eius qui ſoluit penſionem illi qui erat in quaſi poſſeſſione ꝑcipiendi etiam ſi nullo modo appareat de mandato illius qui dicitur penſionem debere cum non ſit uerſimile quòd ſoluens uoluerit iactare ſuas pecunias.l. cum de indebito.ff. de proba.c.ſuper hoc de renun.& præſumitur ꝙ gerens talem actum egerit de mandato domini. Ad no.per Inn. in.c.nonnulli ſuper uerbo mandato de reſcrip. non enim eſt actus ad quem ueriſimiliter qs ſine mãdato accederet
5 quinimmo talis quẽ ſine eo non faceret. Præterea † ſi dominus uidet cauſam ſuã agi per alium nomine ſuo & nõ contradicit creditur ꝙ ex mandato agat ſecundum Inno.

in.d.c.ex parte de cani.Et ſi apud aliquem reperiantur in- ſtrumēta cauſæ præſumitur ꝙ ſit procurator. Bar.in.l.iii. §.cauſæ.ff.de carbo.& in materia plura allegat Iaſ.in.l.i. in fi.C.de procur.quod locum habet & in defendendo quando dicit dominus ꝙ aliquis defendit eum abſq; mā dato ut præſumatur habere mandatum, uel dominus pa tiendo tacite mādare uideatur.Abb.in.c.quærelā.iiii.col. de elec.quis autem dicet uel non fuiſſe uerum mādatū in actis aut unū ex iſtis non interfuiſſe,ſit uel non productus proceſſus ex quo ſententia cum re iudicata præſumitur ri te & recte lata.d.c.bone.&.c.in præſentia de renunci.d.c. ſicut.&.c.cum inter de re iudi.& ibi Abb. ac Fely. in.d.c. quoniam contra in.v.char.loquens de uirtute rei iudica- te. Nā in antiquis & minus in antiquisſimis non loquitur d.c.quoniā contra & debeat ſententia iuſtificari ex actis, ad hoc ut habeat fidem,ut ibi in.d.c. cum in iure commu niter tenetur. Vna tamē pars dominorū tenebat ꝙ ſi cum
6 ſententia† eſſet productus ꝓceſſus in quo deficeret man- datum ꝙ tunc non præſumeretur ex quocunq; longisſi- mo tēpore pro eo.Secus ſi proceſſus non produceretur, & hoc per conſilium Pauli de caſt.xlviii.in cauſa quę uer titur.v.col. quod adducit Fely.in.d.c.ſicut col.xix.alle- gando no.per Inno.in.c.propoſuiſti.de proba.& Alex. incidenter conſi.cccclxxxv.pōderat ad quod uideatur ait Aret.in.d.c.quoniam contra ad fi.uer.& quia ſuperius. Sed iſtud non tollit quin potuerit interuenire unus ex ca- ſibus mandati ſeu ratihabitionis ſupra deductis ex ſciētia & patientia domini aut iurium cōmunicatione facta ei qui nomine ſuo tractauit cauſam,& iſtud ſimul cum tanti tem poris progreſſu ac præſumptione ſententiæ ſufficit abſq; proceſſus productione ad præſumendum ualiditatem & iuſtitiam rei iudicate per omnia cū regula præſumens nō reperiatur limitata in hoc caſu mandati procuratorii, un- de a regula non diſcedendum qui enim habet regulam ꝓ ſe transfert in aduerſarium onus oſtēdendi quòd in eo ca ſu locus regulæ non exiſtit,dicit glo.ſuper rub.de reg.iu.

in.vi.circa fi. & Bal.in.l.ſi tutor.C.de ſer. pign.da. manu in fi.Item in hoc contradicit Anch.conſi.cxxxv.ex conci
7 liis uolens ꝙ licet inſtrumentum nihil dicat † de conſenſu capituli nihilominus præſumatur ſi tranſactio fuit diuturno tempore ſeruata.& Alex.cõſi.lxxix.uol.i.circa primum de quo quæritur.vi.col. quando tranſiuit longum tempus,ut proſequitur Fely.in.d.col.xix.dicens id eſſe ſuſtentabilius,quia ſi a principio actus fuiſſet nullus non eſt ueriſimile ꝙ fuiſſet tolleratus ſicut nec ſententia ſed impugnata &.ii.col.dicitur ſtare præſumptionem in antiquis quando in inſtrumento non eſt aliquid ineptum ſed in eo non dicitur de ſolemnitate licet ſubii ciat ꝙ quando appa ret inſtrumentum etiam antiquisſimum & ſolẽnitas in eo eſt expreſſa non debito modo & inepte adeo ꝙ actus ab initio nõ tenuit ceſſat præſumptio quia ſumus certi quòd actus caruit ſolemnitate & non poteſt præſumi ꝙ ſolẽnitas fuerit perfecte adhibita cum ſcriptura detegat eius ineptitudinem ex quo in incertis eſt locus coniecturis non in certis.l.continuus.§.cum ita.ff.de uerb.oblig.& ſecũdum eum ita loquitur Pau.de caſt.in.d.conſil.& fuit de mente Bar.But.& aliorum quos ad hoc adducit.Sed prout dixi potuit dominus mandaſſe aut ratum habuiſſe ꝙ ſimul cũ præſumptione ſententię & temporis eſt præſumendũ natura.& in allegatione Lap. lxxxix. in fi. de cuius man. & Mil.in uerbo Beneficium impetrans.& Ancha.cõſi.cxvii. & in illa deciſione pono latius ꝙ dicta allegatio practicatur ut ſufficiat prędeceſſorem triennio poſſediſſe & per dicta Lapi allegatio deciditur ꝙ præſumendum ſit pro titulo prædeceſſoris qui decesſit in pacifica poſſesſione ꝙ titulo canonico poſſederit etiam ſi nullus titulus oſtendatur a ſucceſſore uel ſit oſtenſus inualidus ex quo potuit ſuperueniſſe ualidus quod præſumitur quia diu aut ſaltem triennio tenuit & posſidet ſine cõtradictione præſumitur habere titulum.d.c.illud.& ibi docto.de præſumpt.Item Fely.fatetur ꝙ nullus illorũ quos adducit in allegatis locis per eum loquitur de facto antiquo ſicut ipſe uoluiſſet

ad probandum id quod dixerat,unde eius dictū non pro cedit.ꝙ ultra prædicta in materia præſumendę ſolemnitatis extrinſece.facit etiā Aret.conſi.xxxvi.Soci.pulchre cō ſi.cclxvi.li.ii.xii.col.& quod Fely.accumulat.in.c. Albericus de teſti.pe.& ult.col.ubi multa colligit ad propoſitū quæ dicit non eſſe tradenda obliuioni.& ibi uideas,ex q bus omnibus patet ꝙ ſiue producatur ꝓceſſus ſententiæ ſiue non,ſiue in inſtrumento ſententiæ enuncietur mandatū ſiue non,& quando enunciatur ſiue aperte ſiue inepte præſumitur pro mandato ꝙ iuſtificatur non ſolū ex tempore ſed etiam ex præſumptione rei iudicate,& prout eſt deductum. Ita ꝙ non ob.dictum Deci.in.d.conſi.quando mandatum allegatur ſimpliciter ſi eſt uerum.

De reſtitutione in integrum.

Primæ deciſionis de reſti.in integ.Summarium.

Vtrum minori ſeu eccleſiæ reſtitutio aduerſus tres cōformes dari debeat & data executionem impediat.

Epithome.

1 Reſtitutio conceditur etiam ubi appellatio denegatur.
2 Ius cōmune potentius eſt ad excludendum q̄ priuilegiū.
3 Rota ob reſtitutionem prout de iure minori aut eccleſiæ conceſſam non uult executionem triū ſententiarū tot diſpendiis laboribusq; habitarū impediri ut ſit aliquando litiū finis ac improborum malitiis occurratur,ſecus ubi præſumptio malitiæ ceſſaret ex iuribus de nouo repertis uel alias.

Deciſio prima.

Eſtitutio minori uel eccleſiæ aduerſus tres cōformes an debeat dari & ſi detur executionē impediat Bal.l.unica.C.ne lice.ter.ꝓuo. 1 tenet ꝙ nō niſi facta plenaria executione ut in cle.ut calūniis in uerbo plenarie de re iu.

q̃ eſt in pupillo ait & in eccleſia loquitur Saly. ibi contra
1 ex quo † reſtitutio conceditur etiam ubi appellatio dene
gatur glo.l.unica.C.ſi de mo.poſſ.fue.app.& cle. loqui-
tur quando nullitas proponitur non quando qs uult iuua
ri ratione etatis de beneficio ſpeciali. Alex.l.iiii.§. condē-
natum ult.col.de re iudi.putat opi.Bal.poſſe ſuſtineri, qa
ſi cle.tollit beneficium nullitatis quod eſt de iure commu
ni: fortius beneficium reſtitutionis extra ordinarium.l.
eius militis.§.militia miſſus de mil. teſt.l. in onorariis de
act.& obli.Bar.l.ſi conſtāte.§.quotiens circa ſi.ſo.ma.Cū
2 fortius † ſit ius commune ad excludendum q̃ priuilegiū.
Idem Bar.in.l.ſi arrogator.xi.col.ff.de adop.Item inquit
Alex.extenſum locum eſſe cum cle.limitet.& in ea ſit ra-
tio expreſſa ad tradita per Bar.d.l.ſi conſtante in prin. ix.
q.i.partis.& cle.i.cum glo.de elec.& per Bal.auctē. quas
actiones de ſacroſan.eccl.&.l. maximū uitium.C. de lib.
præte.Mil.in uerbo executio trium ſententiarum dicit cō
tra Bal.ſentire Laud.ut refert Car.in.d.cle.& ipſe proſe-
3 quitur. Rota † meo tempore in reſtitutione prout de iu-
re quam ſolet in hiis concedere ſignatura ſæpe opinionē
Bal.& Alex.eſt ſecuta etiam eo attento ut aliquando ſit li
tium finis.l.properandum.C.de iudi.c. finem litibus. de
do.& contu.& ne tot ſententiæ cum tanto diſpendio la-
bore & tempore habite ludibrio ſint quia ſic etiā malitiis
plurimorū occurritur.l.ſi prætor.cum ſi.ff.de iu. Aliquan
do uero opinionē Saly.quando iuxta caſuum uarietatem
pręſumptio malitię ceſſabat prout nouiſsime in una Ro.
inter filium Pauli de Alexiis reſtitutū,&illos de Mattutiis
coram domino Iacobo Simonetta fuit dictum, poſt aliā
cauſam Segobien.in qua opinio Alexan.ſeruata fuerat.
Sed pro opinione Saly.ſimpliciter uidetur,quòd motiuū
Alexan.deſtruatur per glo.in.d.l.unica ſi de mo.poſ.fue.
app.uolentem quod reſtitutio & appellatio non ambu-
lent pari paſſu.& Bar.ibi ſeqtur glo.ubi arguebatūr ſicut
arguit Alex.quo ſtante remanet fundamētum Saly.quod
ſonuit in aures meas.& cum eo intrepide tenerē quando
ex nouis

ex nouis aut antiquis aliquid appareat ꝙ præſumptionē calumnie ſilere faciat.ad quod no.per Mil.in.d.loco.ubi de intellectu cle.magiſtraliter quo caſu extenſio non procederet quæ ſecundum Alex.inſpecta ratione fieri debet quoniam ceſſaret ratio malitiæ & militarent fundamenta Mil.qui uideatur etiam in uerbo reſtitutio in integrum ad appellandum,& inferius dum dicit reſtitutio ita datur minori & eccleſiæ contra plures ſententias conformes ſicut contra unam.allegat.l.minor autem.ff.de mino.&.c.tum ex literis de integrum reſti.

Secundæ deciſ.de reſti.in integ. Summarium.

Vtrum regula de triennali poſſeſſore non moleſtando obſtet petēti reſtitutionē in integrū,&ꝗd de quadriennio.

Epithome.

1 Vbi iuſto metu & qui cadere poterat in conſtantem uirū impeditus culpa aduerſarii uel etiam iudicis ceſſante metu impetrat reſtitutionem in integrū non obſtat ſibi nec regula de triennali nec quadrienniū ſecus uero ubi metus fuiſſet leuis & condemnandus.

2 Contra regulam de triennali Papa non concedit commiſſiones ne ludibrio pateat & ſit eluſoria.

Deciſio ſecunda.

AN regule de triennali.Item lapſus quadriennii obſtaret petenti reſtitutionē in integrū habenti in cōmiſſione reſtitutionis ſignaturā prout de iure fuit dubitatū,& in una Meſſanen.coram domino Iacobo Simonetta.1515.tentū ꝙ non. Sed maior pars hoc uoluit ex eo quod probatur ne dum impedimentū & impotentia agendi eo modo quo poterat, uerū etiam mine facte ad inſtantiam Cardinalis Regini qui tuebatur cauſam ſororis monialis teſtibus ac procuratoribus aduerſariæ re-

ſtitutionem poſtulantis tam in Cilicia ubi Cardinalis erat potens & eius cōminationes timende ꝙ in curia taliter ꝙ fuerit periculoſum cōmisſionem impetraſſe reſtitutoriā & eo uiuente citationem exequi feciſſe, & quia teſtes exa minati ſuper metu pungebant contra quēdam ad dādum cerum proceſſum, & ita etiam in una Parmen.archipreſ byteratus.1519.coram.d.Hugone de Spina idem fuit cō cluſum a dominis ex quo Bonifacius de Oldigeris pro babat minas crudeles ſecundū naturam perſonarum quę ſolite erant eas exequi factas contra ipſum & ſuos procu ratores ad inſtantiam Cardinalis ſancti Seuerini ac eius fra tris, adeo ꝙ iuſtus metus concipiebatur ex minis & iacta tionibus iuxta qualitatem perſonarū. ad no.per Bar. in.l. metum.C. de hiis quæ ui metusue cau.fi.&.c. cum dile ctus.& ibi glo.Inno.Hoſti.& Abb.eo.titu.Nam impedi
1 tis † ex culpa uel facto iudicis ſeu aduerſarii nō currit qua driennium ad petendum reſtitutionem conceſſam.c.tum ex literis.& ibi Abb.col.v.de reſti.in integr.& propterea in utraque cauſa, & quia ut etiam in iudicio reſtitutionis conſtitit, ſuſpitio erat de falſitate teſtium examinatorum in iudicio pro parte eorum contra quos fuit admiſſa reſti tutio & tranſiuerat primū iudicium in rem iudicatam per tres conformes, ſed idem eſſet ſi cum una computato triennio aut quadriennio a fine litis dicit deciſio Rot.ii.in no.de reſti.in integ.a die ultimæ ſententiæ non eſt miran dum quòd Rota pro maiori parte inclinauerit in hanc ſententiam mota equitate ne quis in ſua iuſtitia opprima tur, ſed magis ueritas manifeſtata locum habeat iuxta illud Pſal.Cognoui domine quia equitas iudicia tua.&.l. quod ſi epheſi.ff. de eo quod cer.lo. ac in prohe.decre ta.& viii.di.ueritate.In aliis uero cauſis ubi potuiſſent par tes experiri in iudicio ac reſtitutionē impetrare minaſque contemnere atque litem ante lapſum triennii quod pau cisſimis demptis eſt facile & infra quadriennium facilius abſqꝫ metu prædicto incipere ac finire domini negaſſent
2 prout eſt neganda † reſtitutio ne dicta regula euacuetur.

contra quam Papa commisſiones non concedit ut inquit Fely.in.c.ſicut col.xviii.char.pe.de re iudi.ſi enim concederet deſtructa & eluſoria eſſet. Et ne ſit etiam ludibrio tex.in.c.i.de in integ.reſti.in.vi.cum cle.unica.eo.tit. cum ibi no.ex quo etiam eccleſia negligens infra quadrienniũ non auditur poſt quadriennium,ut in.d.iuribus. & Abb. in.d.c.tum ex literis. ſicut eſſe non debent ut in.l.ſi prætor.in fi.de iudi.&.l.fi.ff.nequid in lo.pub.Ideo in hiis & ſimilibus iudices ſunt circunſpecti,ut ex probationibus & aliis forment animi motum ad inclinandum in unam uel aliam partem,ut habetur in.l.teſtium.§.i.ff.de teſt.& in.c. in præſentia de renun. Nec iudicia curaui annotare ne qs trahat in exemplum ea ſimpliciter aſſerendo palatiũ obſeruare partem negatiuam dubii ac quæſtionis.

De iudiciis.

Primæ deciſionis de iudi.Summarium.

Non eſt ſummarius proceſſus ſi agitur ſuper pertinentia iuris uiſitandi uel ſuper ipſa uiſitatione.

Epithome.

1 Nemo citra principem poteſt concedere ꝙ in caſibus nõ concesſis expreſſe a iure procedatur ſummarie.

2 Nõ debet procedi ſummarie in omni cauſa ſpirituali, ſed tantum in expresſis a canone qui non omnem cauſam ſpiritualem complecti uoluit.

Deciſio prima.

ERAT quæſtio inter duos ad quẽ ius uiſitandi ſpectaret. Item inter uolentem uiſitare & negantem quòd non debeat nec poterat uiſitare fuit dubitatum. 1514. an tela tenta prout in beneficialibus eſſet

ſufficiens,ita ꝙ in talibus proceſſus diceretur ſummarius. & qdam tenebãt ꝙ ſic, attento ꝙ cauſa erat ſpiritualis & ſup re ſpirituali.c.cũ ex officii de pręſcri.&.c.ſi.epiſcopus de offi.ordi.in.vi.Sed a maiori parte contrariũ fuit cõcluſum cũ caſus iſti nõ contineantur in cle. diſpendioſam de
1 iudi.Vnde regulæ ſtandũ niſi a principe † eſſet conceſſus proceſſus ſummarius cũ alius id non poſſit glo.in.c.ſi.de hære.in.vi.Nec ob.qđ agatur de re ſpirituali,qa.d.cle.noluit omnẽ cauſam ſpiritualem cõplecti, & ex quo reſtringit debet eſſe contenta ſuis terminis in caſibus ſecundum glo.ibi in uerbo ſubſcriptis,nec refragabatur ꝙ aliq dicebant ꝙ de una cauſa ſpirituali debebat fieri extẽſio ad aliã quoniam cũ cle.corrigat & exorbitet non eſt amplianda uel habilitanda,inqt ibidem glo.in uerbo decimis.& facit tex.in.c.i.de ſepul. Nam ſi uoluiſſet expresſiſſet de iſtis ſicut de aliis in.c.audientiam.de deci.l.i.§.ſin autẽ.C.de ca
2 du.tollen.& ita glo.in uerbo † reſtringere excludit omnẽ caſum non expreſſum.Nec ob.uerbũ tangentibus cauſas ſpirituales quomodolibet, qa iſta non tangit cauſam aliquã expreſſam,& circa expreſſa id procedit prout in beneficialibus inqt Car.poſt Pau.ibi.q.xxxvi.quãdo quæritur de aliquo quod determinari & examinari neqt abſq; cognitione electionis poſtulationis aut prouiſionis ſeu tituli illius quia alias non uenit ſub tali uerbo.

Secundæ deciſ.de iudi.Summarium.

Sufficit pro obſeruatione terminorum ſubſtantialiũ ad dicendũ contra articulos.Item ad dicendũ contra producta ꝙ datis articulis pars citetur ad dicendũ contra articulos datos & productis iuribus ad dicendũ contra iura ꝓducta,licet non dicatur in termino ſubſtantiali nec ad ſecundam nec ad primam.

Epithome.

1 Licet pars citetur ad producendum aliqua iura ſpecifice etiam ſi aduerſarius ſeruauerit terminũ, ſi omiſerit ob

ſeruationē termini ſubſtantialis ad producendū omnia proceſſus & ſententia ſunt nulli,licet ſecus ſit ſi datis articulis pars citetur ad dicendū contra articulos & productis iuribus ad dicendum contra producta.

2 Actus non uiciatur quanuis iuris ſolemnitas omittatur in totum quando ſatisfactū eſt menti legis ſolemnitatem inducentis,quia ſufficit ſatisfacere menti legis, licet uerbis non fuerit ſatisfactum.

3 Citatio non requiritur ſi pars eſt in iudicis præſentia, nec etiam quando eſt certum nullam defenſionem abſenti competere.nam cum citatio fiat ut ſe defendat ſatis eſt eam eſſe pręſentē aut eſſe notoriū ſibi defenſionē non competere.

Deciſio ſecunda.

MEmini etiam.1514.cū diceretur de nullitate unius ſententiæ quia terminus ſubſtantialis ad dicendū contra producta non erat ſeruatus quod Rota ſu-

1 ſtinuit ſententiam † ex eo quod in productione iuriū parte citata ad dicendum contra producta fuerat ſeruatus terminus licet non fuiſſet pars citata neq; obſeruatio facta reſpectu termini ſubſtantialis de quo nihil dicebatur ad ſecundam nec in termino ſubſtantiali,ſed ad dicendum contra iura ꝑducta &c. quaſi lex requirens termini obſeruantiam habeat intentum ſuum ex quo pars fuit citata ad dicendum cōtra producta, & potuit facere defenſiones nec habeat de quo conqueratur.Et ita.d.Dominicus de Iacobatiis dixit eſſe tranſeundū. Et idem in termino ad dicendū contra articulos prout in una Mediolanen. abbatiſſatus corā me.1521.de menſe Martii domini memores trāſierunt ſaluādo primam ſententiam,licet hoc ſit uerū,nec cadat in termino ad producendum omnia cuius omiſſio annullat ſententiam ſecundū Rot.deciſ.pen.de iud.in antiq.Pro hoc facit qa ſufficit ꝙ ſatiſfiat menti cōſtitutionis licet uerbis non fuerit ſatisfactū.l.ſcire oportet.§.aliud de excu.tuto.l.mulier.ff.ad trebellia.&.l.fi.C.de dona. quæ 2

2 ſub mo. nec uitiatur † actus quãuis iuris ſolemnitas omittatur in totum quando menti legis ſolemnitatem inducẽtis ſatisfactum eſt. l. cum hii. §. eam. ff. de tranſac. Ita. Lud. Ro. conſi. ccccxxxiii. nam & forma eſt relaxabilis p equipollens. Fely. in. c. cũ dilecta de reſcript. xv. col. ubi uide.

3 Item quãdo pars † eſt in præſentia iudicis non requiritur citatio, nec quãdo eſt certum nullam defenſionem abſenti competere ſecundũ Abb. in. c. i. de cauſa poſ. & ꝓprie. i. col. & in. c. cum olim de re iu. col. pe. facit. l. ii. §. quod de frumentaria. & ibi Bar. ff. de admi. re. ad ci. perti. cum citatio fiat ut ſe defendat. Ideo ſatis eſt partem eſſe præſentẽ. l. de unoquoq;. ff. de re iudi. &. C. quo. & quã. iud. in rubro. & in. l. ſi ut proponis. ii. a cõtrario ſenſu. c. qualiter. ii. §. debet de accuſa. de quo late Phil. Franch. in. c. fi. poſt alios de elec. in. vi. & facit Rota deci. xxii. in no. de teſti. & Bonifa. de Vital. in fi. cle. paſtoralem de re iu. Ergo nec obſeruatio termini formalis ſcilicet ad dicendum contra producta fuerit quis citatus, & ſic habuerit tempus ad impugnandum.

Tertiæ deciſ. de iudi. Summarium.

Quando agitur ut beneficium unum uniatur alteri ad uitam obtinentis cauſa eſt beneficialis, uel ſic, ſi agatur de canonizando mandatũ de uniẽdo beneficiũ alteri beneficio ad uitam uel quãdiu obtinuerit cauſa eſt ſummaria.

Epithome.

1 Vbi agitur de canonizatione unionis perpetuæ unius beneficii ad aliud cauſa non eſt beneficialis, ſecus de unione ad uitam aut ad certum tempus.

2 Si prouiſus de beneficio quod aliud prætendit perpetuo unitum alteri agat, cauſa cenſetur beneficialis, quia iudicium metitur ab actore, ſecus ſi conueniatur ab eo qui agit ſuper canonizatione unionis perpetuæ. nam cum

beneficium quod unitur alteri efficiatur membrũ illius & tranſeat in temporalitatem & extinguatur titulus illius cauſa illius non eſt ſummaria.

3 Vnio ad uitã eſt palliata diſpenſatio, ſicut commenda ad uitam nec titulum beneficiĩ extinguit ſicut perpetua, illa q; diſſoluta beneficiũ uacat eo modo quo antea uacabat.

Deciſio tertia.

AGebatur coram me de anno. 1516. in una cauſa Caurien. canonicatus & præbẽ. inter Didacum de Paternina & Cardinalem Arboren. Et dicebatur ſententiam domini Bartho. de Petra ſancta eſſe nullam ex quo actum erat ſuper canonicatu & præben. eccleſiæ prædictæ uniendis cuidam archidiaconatui ad uitam Ioã
1 nis de Torres & literæ † unionis erant canonizate, cũm tela tenta ut in beneficialibus quaſi nõ ſimus in cauſa ſuper beneficio ſed ſuper membro beneficii, & quadam temporalitate ex quo beneficium quod unitur efficitur membrũ alterius & tranſit in temporalitatem Rot. de exce. præla. in no. ii. & quod Car. in cle. unica de ſequeſt. poſſ. & fruc.
2 viii. q. quia iudicium ab † actore metitur. l. i. ff. ſi pars hære. peta. cle. autem diſpendioſam de iudi. loquitur de cauſis ſuper beneficiis aut titulo beneficiorũ aut tangentibus ea ut quãdo quęritur de aliquo quod examinari & decidi neq; abſq; cognitione electionis poſtulationis aut prouiſionis ſeu tituli ſecundum Pau. & Car. ibi. q. xxxvi. & cũ exorbitet non debet extendi ſecundum glo. ibidem. Sed pro ualiditate ſentẽtiæ fuit concluſum & dictum Rotam alias idem tenuiſſe tanquã agatur ſuper beneficio ex quo
3 unio † ad tempus ſeu ad uitam non eſt extinctiua tituli, ſed magis quædam palliata diſpenſatio ſicut cõmenda. c. dudum el. ii. de elec. in conſilio Gemi. xxxviii. quia reſpicit fauorem perſonæ cuius beneficio uel per eam obtento fit & eſt temporalis. deciſio uero. ii. & Car. ubi ſupra de perpetua unione & extinctiua tituli loquuntur & con

ferunt ad concluſionem quæ collegi in illa deciſione ꝙ ꝑ diſſolutionẽ unionis ad uitã nõ datur uacatio, ſed eo modo quo prius uacat,& ꝙ talis unio nõ extinguit,& ibi latius de natura unionis incipit facta erat unio,&uide in alia incipiẽte cõmendauerat.

De mutuis petitionibus.

Vnicę deciſ.de mutu.pet. Summarium.

Vtrum conuentus ad ſummam certam ad quam in forma cameræ cũ iuramento obligatus exiſtit audiatur ſi reconueniendo ſuper mercede petat abſolui a iuramento etiam ad effectum compenſationis duntaxat.

Epithome.

1 Alimenta non patiuntur dilationem cum nemo uiuat ex uento negareq́, illa eſſet necare homines, quapropter ſunt priuilegiata & conceſſa eorũ fauore, ad piam cauſam dicuntur conceſſa.

2 De ſtilo ſignaturę iuſtitię nõ datur abſolutio iuramenti aduerſus iuratã obligationẽ in forma cameræ ẽt ad effectũ agendi qa cõtra inſtrumẽta habentia executionẽ paratã nõ admittitur niſi ſolutionis uel falſitatis exceptio.

3 Sola ratio naturalis licite allegatur in deciſionibus cauſarum,& poſſumus uerba legis reſtringere per eam.

4 De iure uidetur uerior opinio ꝙ in caſu pręmiſſo recõuenienti ſuper mercede deberet dari abſolutio a iuramento ubi ſoluta ſumma obligationis maxima pręmeretur inopia & cogeretur mendicare cum periculo uite.

Deciſio unica.

Vit negata in eadem ſignatura commisſio ei qui conueniebatur pro certa ſumma ad
f quam ſe obligauerat in forma cameræ cum iuramento & petebat abſolui ad effectũ reconueniendi ſuper mercede & ſalario perſonæ ſuæ ratione ſeruitii ſaltem ad concurrentem quanti

tatem cõpenſando & non ultra nam & ſi mercedes ex ſu-
dore ſeruitii deberentur uel q̃a fuiſſet procurator aduerſa
rius aut alias, & ſic ut ex tali ſudore uultus ſui uiueret &
1 hoc ſapiat naturã alimentorũ quæ † non patiũtur dilatio
nem cũ nemo uiuat ex uento.l.fi.C.de ali. pup. præſtan.
& iſta negare ſit homines necare.l.necare.ff. de alen.uel
agno.libe.qnod eſſet crudele ac contra charitatem & non
debet fieri quin potius ſubueniri. lxxxvi. di. paſce fame
morientem cũ ibi no.c.pe.de cõſue.c.cũ haberet in fi.de
eo q̃ dux.in ma.quam pol.ꝑ adul.c.quante in glo.de ſen
ten.excom.cũ multis aliis.& ꝓpterea alimenta ſunt priui
legiata prout plura ſpecialia de eis ponit Bar.in.l.mela.ff.
de alimen.& ciba.ubi glo.dicit ꝙ habent cauſam fauora-
bilem & conceſſa alimentorũ fauore uidentur cõceſſa ad
piam cauſam ſecundum Lud. Ro.i.l.ſi uero.§.de uiro in
xxiiii.ſal.ff.ſol.ma.quem refert Fely.in.c.nonnulli in pri-
ma ampliatione col.vi.de reſcript. Nihilominus fuit re-
ſponſum quod iuramentũ ligans animã pretioſiorẽ cor-
pore ac rebus omnibus præferẽdã.l.ſancinus.C. de ſacro
ſanct.ec.c.cũ infirmitas de peni.& remiſ. eſt magis priuile
giatũ conſiderabile & quando poteſt ſeruari ſine interitu
eternæ ſalutis ſeruandũ eſt.c.ſi uero de iureiu.Item dixe-
2 runt præſentes illi ſignaturæ eſſe de ſtilo † non dari abſo-
lutionem aduerſus obligationem iuratã in forma cameræ
ẽt ad effectũ agẽdi et recõueniẽs agit.l.cũ papinia.cũ auc.
& conſquen.C.de ſenten.c.i.&.ii.de mutu.peti.& contra
habentia executionem paratam non admittitur niſi exce-
ptio ſolutionis & falſitatis de quo Bar.in.l.i.§.& parui re
fert.ff.ꝙ vi.aut clam. Et dixi in illa concluſione quæ inci-
pit fuit in ſignaturæ iuſtitiæ &c.ubi uide, & facit ꝙ Alex.
inquit in.l.ſtipulatio iſta in.§.alteri pe.col.ff.de uerb.obl.
& ſic maior pars uoluit commiſſionem non eſſe ſignan-
dam. Sed poſſet pro commiſſione dici ꝙ iuramentum
tunc debeat excludere ad ſolutionẽ,& ante omnia ſerua-
ri quando eius obſeruantia poteſt fieri abſq; deſtructione
corporis & animæ,& ita loq̃tur.d.c. Si uero in glo. uide-

mus enim ꝙ iura ne ps pereat in carcere aut fame in multis caſibus prouidēt ut ſupra & in iuribus adductis in alia concluſione incipiente ꝓpoſui in ſignatura niſi quia facit c.ſi quis pp de furt.& ꝙ cōmuniter tenent Canoniſte quē excuſari a pena non obſtante iuramento quādo fecit quicquid potuit,ut refert Iaſ.licet contrariū ſentiat in.d. ſtipu
3 latio in prin.iiii.col.& ſufficit † ratio naturalis ad limitationē legis.l.ſcire oportet.§.ſufficit.de excu.tut.l.cū ratio.ff. de bo.damna.c.cū uobis in fi.de elect.ibi tam rationes q̄ canones.c.ſecundo requiris de appella. in fi. ubi Abb.ii. col.ponderat ꝙ ſola ratio naturalis licite allegatur in deciſionibus cauſarū,& ꝙ p eā poſſumus reſtringere uerba legis ſecundū eum in.c.ut debitus ult.col.eo.ti.Ratio aūt & miſeratio eſt maxima ꝙ ſi cogitur prius ſoluere & men
4 dicare cū periculo uite forſan.Item poſtea † ſine facultatibus nudus & impotens non poterit ſup ſibi debita mercedere contendere ut dicitur de ſpoliato.in.c.frequēs de reſti.ſpoli.in.vi.Item pp famē & dotem quæ ſuccedit loco alimentorū diſceditur a regulis iuris in multis caſibus ſufficiat pro nunc.l.obes iuncta glo.C.de præd.mino.

De dilatio.

Primæ deciſio.de dilatio.Summarium.

Dilatio cōceditur reo in curia citato etiam ſi agatur de beneficio reſeruato reſeruatione.c.ii.de pręben.lib.vi.Idē ſi mutetur perſona & etiam & quando eadem uenit cum iure de nouo obtento.

Epithome.

1 Procuratori ſpeciali in curia citato non datur dilatio ad conſulendum dominum an debeat cedere uel contendere ſecus procuratori generali uel ipſi reo in curia perſonaliter appræhenſo quibus datur ad partes dila-

tio conſueta.

2 Actori non datur dilatio quia debuit ab initio uenire inſtructus ad cauſam.

3 Beneficia iuris patronatus laicorum ex dotatione & fundatione etiam ſi illorum beneficiati decedant apud ſedem apoſtolicam, non tamen propterea ſunt reſeruata nec ſub reſeruatione.c.ii.de præben.li.vi.aut extrauagan.execrabilis continentur.

4 Si mutatur perſona quæ in ius alterius ſurrogatur uel ſi ea dem impetrat ius nouum datur dilatio propter nouã inſtructionem quæ tunc requiritur reſpectu noui iuris & noue perſone.

5 Sequeſtrum non datur ei qui eſt ſurrogatus in locum habentis unam ſententiam pro ſe cum contra ſurrogationem posſint dari multæ exceptiones eam annullantes ut quod ſurrogatus contraxit matrimonium carnale uel eſt alias inhabilis & quia iura ſurrogati non ſunt diſcuſſa ſicut alterius qui habuit ſententiam.

6 Omnia beneficia eccleſiaſtica præſumuntur libera niſi ius patronatus ſiue ſeruitus illorum probetur.

Deciſio prima.

QVANDO reus appræhenditur in curia datur ei dilatio ad partes conſueta ad habendum iura ad ſe formandum & inſtruendum ac deliberandum &c.procu-
1 ratori † etiam generali nõ ſpeciali in curia citato conceditur ad conſulendũ dominum in cauſa de qua non potuit ueriſimiliter informari.c.dilectus de procur. Rot. Biſignet. in antiq.i.de dilat.
2 in no.xxx.de procu.de do.& contu.dec.xiii.in fi. † Actori uero dilatio deliberatoria ab initio non datur quia debuit uenire inſtructus glo. & Abb. in.c.præterea.iiii.col. de dila.qui in.c.i.eo.tit.ulti.col.ponit de pluribus ſpeciebus dilationum ubi uide & prædicta dilatio in pluribus

cauſis fuit conceſſa reo in curia appræhenſo ſuper benefi cio uacante in ea non obſtan. c.ii.de præben.in.vi.qđ eſt clarũ ad ſolum Papa diſpoſitionem ꝑtinere & ſic uideba tur calumnioſa petitio dilationis.Sed fuit conſideratũ qđ forſan erat ſeu eſſe poterat beneficium de iure patronatus
3 laicorum † quod ſub reſeruatione dicti.c.non continetur prout communiter ibi contra glo.doct.cenſentur in.c.di-lectus de offi.lega.Sicut in extrauagan.execrabilis in titu. de præben.non continentur talia quoad reſeruationes ut Rot.Biſignet.in antiquioribus.ix.de præben.& facit qđ Fely.adducit ſuper regula in tracta.quan.lite.ap.noce.pa tro. Item ꝙ nõ uacaſſet ex perſona eius qui obiit in curia quaſi non haberet titulum nec poſſeſsionem uel alterum ex eis quibus caſibus & ſimilibus probatio & iura de par
4 tibus ſunt habenda. Ita in ſimili quando † mutatur per-ſona quæ ſurrogatur uel eadem ius nouum impetrat fien da eſt intimatio & danda dilatio cum requiratur noua in-ſtructio & non uenerit quis inſtrictus niſi reſpectu iuris qđ aduerſarius intentauit & contemplata perſona aduerſarii non alia ut habetur in di.deci.xiii.& in terminis cle.i.de ſe queſtra.poſ.& fruc.in quarta quæſtione ibi dicit Car.non
5 dari † ſequeſtrum ei qui eſt ſurrogatus in locum habentis unam ſententiam pro ſe ea ratione quoniam poſſunt dari exceptiones contra ſurrogationem iura autẽ habentis ſen tentia iam erant diſcuſſa nec ſic iura ſurrogati. Ex multis nanq; cauſis poteſt eſſe quod non tenet ſurrogatio etiam ob inhabilitatem ſurrogati & hoc ſemper meo tempo-re fuit tentum & dictum poſſe opponi quod ſurrogatus contraxerat matrimonium carnale, & ita de aliis inhabi-litatibus ad beneficia,puta quod profeſſus fuerat religio-nem mendicantium & ſimilia licet iſta non ſint uериſimi-
6 lia quemadmodum nec illud de patronatu laicorum † ex eo quod libertas omnium beneficiorum præſumitur niſi ſeruitus probetur. Cum ſufficiat eſſe poſsibilia neq; locũ habeat in his beneficialibus per rationes iam dictas quod glo.in.l.edita.C.de eden. inquit ex noua actione nouam

dari dilationem deliberationis niſi ubi in ſecunda poteſt eſſe quis inſtructus ex deliberatione primæ, nam loquitur in prophanis in quibus prædicta non cadunt uel ſi caderent non daretur eadem inſtructio reſpectu perſonarum ſi eſſet reſpectu eiuſdem iuris. Item ratione iuris poſſet conſiderari diuerſitas de qua in dicta deci.xiii. & hæc nota in practica.

Secundæ deciſ.de dilatio.Summarium.

An & quando in ſpolio conuento ſit danda dilatio.

Epithome.

1 Vbi pro parte agentis ſuper ſpolio eſt facta aliqua probatio ipſius licet non plena reo dilatio denegatur cum tunc præſumatur gratia differende litis ac confouendi ſe in intruſione illam petere, ſi uero nulla conceditur idem in remiſſoria, ut in ſequenti deciſione dicetur, idē etiam in attentatis ut dicetur infra in.iiii.deciſi.huius tituli & ſi.

2 Ante terminum ad articulandum de ſtilo palatii regulariter debet peti poſt quem bene ſeruatū communiter denegatur.

Secunda deciſio.

DVbitatum etiam fuit an in ſpolio prætenſo ſpoliatorii deberet concedi dilatio & ego dicebā quod non ex quo petebatur ad confouendam occupationem quę ſonat in delictum cū nec competat reſtitutio. l.auxilium.§.fi.ff.de min.facit.c.bone de elect.c.fi.de immu.eccle.c.quia fruſtra de uſur.c. primum de delic. pue. Item aut in ueritate erat ſpolium & merito negabatur aut non erat uerum & petens non indigebat cum ueniret abſoluēdus, unde fruſtratoria uidebatur dilatio cuius expe-

ſtatio & finis non commodũ ſed diſpendiũ potius utriq; parti erat allatura ar.l.aliquando.§.ſi ſub cõditione.ff.ad uelleia.c.cũ contingat iuncta glo.pe.de offi.deleg. & hãc partem qdam etiam guſtabant. Alii contra ex eo quod ſi reo daretur dilatio forſan haberet teſtes inſtrumẽta & alia adminicula interea qbus a prętenſo ſpolio ſe defenderet. Et ſi negaretur poſſet ſuccumbet ex falſis probationibus ac ſine culpa damnari contra regulam.c.cognoſcentes de
2 conſti. Tandem fuit concluſum quod ſi ex parte † agentis erat facta aliqua probatio ſpolii licet nõ plena negaretur ſi nulla concederetur, & iſtud eſt magis cõtingens ex quo
3 ut plurimum poſtulatur ante † terminum ad articulandũ poſt quem bene ſeruatum negatur. Propterea moueba- tur agens & quanto citius aliquid de ſpolio probaret ad detegendum quod gratia differende litis ac confouendi ſe in intruſione poſtulabatur, & ſic ad excludendũ dilatio nem.l.ſatis aperte.C.de fal.& reus ad oſtendendum con- trarium ut attentis probationibus alterius ſeu utriuſq; da retur aut negaretur prout auditores ex eis animi motum informarent.l.teſtium.§.ideoq; &.§.ſe.ff.de teſti.c.in præ ſentia de renuncia.c.conſtitutus in ſi.de fideiuſ.

Tertiæ deciſio.de dilatio.Summarium.

Quid de remiſſoria in terminis proximæ deciſionis ſe cundæ de dilatio.

Epithome.

1 Sicut dilatio reſpectu loci & termini eſt arbitraria ita & re miſſoria in cauſis ciuilibus cuius materiam uide hic re- miſſiue.

2 Propter dicta teſtium etiam nulliter in partibus examina- torum excludentia ſpolium ac ſuſpitionem malitio- ſæ dilationis conceditur remiſſoria reo prætenſo ſpo- liatori.

Deciſio tertia.

SVb eiſdem conſiderationibus in cauſa ſpolii quibus in dilatione prout in præcedenti concluſione fuit cō ceſſa uel negata remiſſoria prætenſo ſpoliatori ha-
1 bent enim ſimilitudinem, nam ſicut dilatio † in pluribus dilationum ſpeciebus etiam reſpectu termini ac loci eſt ar bitraria.l.ii.& ibi Bar.ff.de re iudi.glo.in.c.præterea de di la.Abb.in.c.i.ii.col.eo.titu.colligens ſpecies dilationum col.ultima. Item & remiſſoria in ciuilibus.l.iudices cum auct.ſeq.apud eloquentisſimum & in corpore unde ſu- mitur.C.de fide inſtru.cle.i.de offi.delega.Anch.& Ioan. an.in.c.præſentium & ibi Phil. Franch.v.col.de teſti.in vi. Et materiam iſtam remisſionis declarat Pau.in tracta. de offi.& pote.capi.ſe.uacan.in.x.q.primæ partis princi- palis quarta col.uer.& aduerte quia auditores in curia Rom.&c. Quæ remisſio tunc negatur quando iudex ca- lumniam concipit aut præſumitur quod malitioſe peta- tur ad not.Inno.in.c.poſt electionem de conce.præben. & Bald.in.d.l.iudices & in ſpecie Ludo. Ro.conſi.273. clarum eſt de qua calumnia in hoc caſu & aliis plura cu- mulat Fely.in.c.de cætero.iii.col.in fi.cum ſe.de re iudi. ponens cautelam pro iudicibus formantibus eorum ani- mum in præſumpta calumnia, ut ſi non conſtet de ea in actis ex quo ne dum ex dictis uerum etiam ex geſtis & aliis formantur animis in ſimilibus.d.l.teſtium.§.i.cum ſe.de teſtibus not.in.c.i.de teſti.cogen.faciant eam redi- gi apud acta propter.c.quoniam contra cum materia de proba.& ita nouisſime in una Regien.aqueductus ſu- per ſpolio in qua.d.Io.Anto.de Triuultiis primo ego ſe cundo pronunciaueramus contra communitatem Re- gien.tanquam ſpoliaſſet in fauorem Herculis Eſten.ut ſpoliati in tertia.D.Camillus de Ballionibus ex decreto maioris partis dedit remiſſoriam de mēſe Ianuarii.1519.
2 quia † erant teſtes in partibus nulliter exanimati quorum dicta excludebant ſpolium ac coniecturam dilationis ma itioſæ & faciebat præſumptionem pro bona fide peten-

tis quam euentus probauit quoniam examinatis legitime teſtibus. Idem dominus Camillus reuocauit prædictas duas ſententias,& ſententiã domini Camilli confirmauit de mẽſe No.1521. Dominus Mercurius de uipera Decanus noſter ita qđ iuſtisſima fuit cõceſsio remiſſorie & iniuſta fuiſſet negatio,fuit ẽt conceſſa remiſſoria in Hildeſemẽ. Argẽtifodine corã domino Bartholomeo de Petra ſancta in ſecũda inſtan.de anno.1522.licet cũ obligatione de ſtando unicæ ſententiæ ac ſi eſſet tertia nõ ob.tex.in.d. auct.apud eloquentisſimũ qa in criminalibus & ciuilibus quando qȝ datur quandoqȝ negatur prout iudex ex uariis cauſis arbitratur cũ ab eius pẽdeat arbitrio ſecũdũ Bal. & Pau.de ca.ibi & hoc ẽt de iure ciuili, nã de iure canonico id permittitur,ut in.c. in archiepiſcopatu de rapto. etiam ſi necesſitas non immineat inquit Pau.de ca.ſuper.d.l.iudices.& di.auct.& ibi de cauſis & materia remisſionis.

Quartæ deciſio.de dilat.Summarium.

In attentatis nõ ſemꝑ nec in omni caſu negatur remiſſoria & uide quando dari & denegari debeat & quomodo ſuccurritur ꝑ cõmisſiones contra agentes doloſe ſuꝑ ſpolio uel attentatis.

Epithome.

1 Remisſio ad partes olim non dabatur ad probandum attentata hodie tamen aliquando datur.

2 Agenti ſuper ſpolio aliquando datur remisſio ad probandum ſpolium & nu.4.

3 Attentatorũ iudiciũ cãm petitorii & poſſeſſori ſuſpendit.

5 Per commisſionem de præfixione termini ſuccurritur cõtra gentes ſuper attentatis ſeu ſpolio.

Deciſio quarta.

1 IN attẽtatis ad probandũ ea† nõ dabatur remisſio ad partes ſed admittebatur in curia ꝓbatio: inquit Rot. de proba.

de proba.7.&.36.in antiq.&.4.in no.ut lit.penden.in addit. Sæpe tamen fuit data meo tempore ad excuſandum attentata ſicut ad excuſandum prætenſum ſpolium quaſi prohibitio intelligeretur quando poſtulatur ad probandum pro quo.l.abſentem in prin.ff. de pe. Sed aduerte, ſi
2 agenti † ſpolio aliquando datur ad ſpolium probandum, ut in proxima deciſione fortius debet dari ad probandũ attentata quæ ſunt magis odioſa & puniẽda.c.cordi.in fi. de appella.in.vi. Non enim minus eſt ſubueniendum offenſo poſt litis pendentiam ꝙ ante. Præterea auferretur probãdi facultas ſi in partibus tantũ probari poſſent quæ non eſt coarctanda nec auferenda ſed amplianda.l.quoniam.in fi.de hære.l. generaliter in prin.C.de reb.cre. facit.c.fi.cum ibi not.de teſti.cogen.& nõ deficeret ius, ſed probatio iuris.l. duo ſunt titii.ff. de teſta.tute. Nec ob.
3 † quod attentatorum iudicium cauſam petitorii ſuſpẽdat & poſſeſſorii ex quo ante omnia ueniunt reuocanda attentata.c.ex parte.ii.de appella.&.c.non ſolum eo.tit.in. vi.cũ ſi.quia ſi hæc eſſet ratio negandi remiſſoriam ex eo quod poſſent doloſe diferri alia iudicia agendo ſuper attentatis. Idem conſiderari poſſet quando intentatur poſſeſſorium ſuſpendendo petitoriũ.c.paſtoralis de cau.poſ.
4 & propri.& tamen prætendenti † ſpoliationem remiſſoria non negatur ad probandum contra prætenſum ſpoliatorem. Item ſolet ſuccurri contra taliter agentes ſuper at-
5 tentatis aut ſpolio uel utroque uia † commiſsionis quod præfigatur terminus ad probandũ prætenſa attentata aut ſpolium quo elapſo & non probato ſuper utroque ſimul uel petitorio duntaxat procedatur ſeu reiectis attentatis aut ſpolio uel utriſq; tanquam calumnioſis quando prætenditur ſpolium lite pendente in petitorio iudex procedat, prout ex diuerſitate cauſarum ac temporum ut quando prope uacantias paſchatis aut generales Iulii Auguſti & Septembris talia iudicia proponuntur ſignatura occurrit uno modo uel alio. Quo uero ad conuentum iudicio attentatorum debet dari & negari ad excluſionem atten-

tatorum & excuſationem ſuper eiſdem motiuis qbus prę tēſo ſpoliatori datur uel negatur remisſio, ut in proximis duabus deciſionibus eſt dictum quæ omnia no. pro ho- dierna obſeruantia, & ad limitationem ſeu declarationem antiquarum deciſionum.

De cau.poſ.& proprie.

Primæ deciſi.de cau.poſſ.& proprie. Summarium.

Intruſio in beneficio contra habentem regreſſum ſeu acceſſum aut coadiutoriam cum futura ſucceſsione & de creto irritanti tenetur ad fructus a die intruſionis nō a die litis tantum, idem in intruſo contra decretum.c.ſecundi de præben.in.vi.

Epithome.

1 Reſeruatio generalis ſeu ſpecialis inficit ne dum titulum ſed etiam poſſesſionem quando habet decretum irri- tans & impedit reſtitutionem.

2 Intruſus contra generalem ſeu ſpecialem reſeruationem condemnatur in fructibus a die intruſioris non autem litis mote ſtante decreto irritante.

3 Condemnatio in fructibus quomodo & quando fieri de- beat uide remisſiue.

Deciſio prima.

1 Quoniam decretum.c.ii.de pręben.in.vi. † inficit poſſesſionem & Rot.iii.de reſt. ſpoli.in no. equiparat decretum ad cer- tum corpus beneficii ſpeciale ad dictum decretū generale & notoriū ut in utroq; impediatur reſtitutio ut in deciſ. ꝓuiſus ab ordinario cum ſequen.infra ti.proxi. in una coram.D. P.de capiſuchis.1520. de menſe Maii facta fuit equipara-

2 tio in condemnatione fructū ut ſicut intruſus † cōtra gene-

ralem reſeruationem.d.c.tenetur & condemnatur ad fru ctus a die ſpolii non a die litis mote duntaxat.Ita intruſus contra habentem regreſſum acceſſum aut coadiutoriam cū futura ſuccesſione dummodo in dictis gratiis ſit decre
3 tum irritans,& de materia quando quis † teneatur ad per ceptos,uel percipiendos,uel a die litis conteſtate ſolū ſeu etiam perceptionis ſeu poſſesſionis & quando ad fructus etiam qui percipi potuerūt cū diſtinctione fructuū & bo ne fidei poſſeſſoris aut male uideantur text.in.l.& ex di uerſo cum glo.ff.de rei uendic.& ibi Bar.& glo.inſtit.de re.diui.§.ſi quis a non domino & de offi.iud.§.i.l.certum .C.de rei uendi.ubi etiam Cy.tex.cum glo.in.c.grauis de reſtitu.ſpoli.ubi & Abb.poſt alios ſecunda col. cum ſe.& Rot.eo.ti.in no.iiii.&.v.&.x.& in antiq.x.& ulti.

Secundæ deciſ.de cau.poſ.& proprie.Summarium.

Allegatio Lapi.89.practicatur ut ſufficiat prædeceſſo rem triennio pacifice poſſediſſe ad hoc ut ſucceſſor ſit tu tus abſq; iuſtificatione tituli prædeceſſoris.Idem in ſucce dente ex cauſa cesſionis.

Epithome.

1 Succeſſor an teneatur iuſtificare titulū ſui prædeceſſoris & quid quando litigioſum & de ſurrogatio in litem.
2 Regula de triennali eſt contenta titulo præſumpto.
3 Ordinarii omni anno debent uiſitare eccleſias ſibi ſubie ctas.
4 Impetranti beneficiū per reſignationem non cogitur do cere titulum ſui auctoris.
5 Petenti beneficium ex cauſa permutationis ſufficit proba re cum permutantem pro tali habitum.
6 Seruat Rota ad hoc ut ſucceſſor non teneatur docere de titulo ſui prædeceſſoris ſufficere cedentē uel deceden tem triennio pacifice poſſediſſe.

Deciſio ſecunda.

1 LAp.allegatione.89.per plura fundamenta uult ſucceſſorem in beneficio non teneri † ad iuſtificandum titulũ ſui prædeceſſoris qui deceſsit in pacifica poſſeſsione ſecus ſi in lite quia tunc ceſſant motiua & præſumptiones & ita de ſurrogato in litẽ & ius dicit Egi.dec.112. quod tenetur iuſtificare & utrunq; eſt in uiridi obſeruantia. Nam ſi quis nõ aſtringitur ad docendum titulum ſuæ poſſeſsionis.l.cogi.C.de peti.hæredi.ſuper quo articulo Abb.c.cum ſuper in fi.de cauſa poſ.& proprie.& Rot.de reſti.ſpoli.in no.prima circa fi.& in additione minus ad iuſtificandum ti. auctoris quando longo tempore poſſedit cum ſufficiat communis reputatio & non ſit pronuntiandum ſuper eius iure Egi.deci.645.Ad idem Anch. conſi. 117.Vbi caſus de poſſeſsione.xvii.annorum & de poſſeſſione decem annorum in propria perſona non auctoris in.c.illud cum materia de præſump.quia ex poſſeſsione tanti temporis cauſatur præſumptus titulus ut declaro
2 in illa deciſi.quod regula de triennali † eſt contenta ti.præſumpto incipit quãuis regula & dicunt Inn.Ho.Car.But. Abb.& Fely.in.d.c.& Fely.etiam in.c.ſicut de re iud.Domi.in.c.ordinarii de offi.ordi.& in cõſi.87.tertia col. quo
3 niam non permiſiſſent ordinarii † qui omni anno debent uiſitare.d.c.ordinarii eccleſias tãto tẽpore poſsideri abſq; canonico titulo. Quod obſeruatur etiam in eo qui impe
4 trat † per reſignationem ut non cogatur probare titulum prædeceſſoris iuxta no.per Inno. & Hoſt.in.d.c.illud & in.c.innotuit de eo qui furti.ordi.rece.Cum eadem ſit ratio in morientem ciuiliter quæ in naturaliter Rot.28. de procur.in no.facit etiam Rot.in no.de re.permuta.quar
5 ta ubi petẽti † beneficium ex cauſa permutationis ſatis eſt probare compermutante pro tali habitum & ad iſta.l.ſi filiusfamilias.C.de peti.hæredi.& Bar. in.l.ſolent.§.fi. pe. col.de offi.proconſul.quando ex curſu temporis & patiẽtia titulus præſumatur & in.l. cum de in rem uerſo.ff.de uſur.col.ii.Phil.Franch.in.c.unico de iure patro.in vi.iii.

col. Alex. in. l. ſciendum. ff. de uerb. obli. & Fely. in. d. c. illud tertia col. cum ſeq. & in. d. c. ſicut. xv. col. Sed palatium meo tempore in cauſis quæ occurrunt ſeruauit prout ſeruat, & in una Spoletan. coram. D. Simonetta uoluit ſufficere
6 re † cedentem uel decedentem triennio pacifice poſſediſſe attenta breuitate uitæ noſtri temporis, & a ſimili regulæ de triennali quæ optima conſideratione tuetur pacificum poſſorem per triennium, & ſecundum hanc obſeruationē intelligatur Egi. d. deciſio. 645. & . 594. ubi uult regulariter ſufficere communem reputationem auctoris dummodo poſſesſio ſit aliquandiu continuata, & ſic de ſimilibus deciſionibus.

Tertiæ deciſ. de cau. poſſ. & proprie. Summarium.

Si concurrant uerus & putatiuus qui impetrat per obitum putatiui decedentis in pacifica poſſesſione triennali uincit uerum cum non teneatur iuſtificare titulum putatiui.

Epithome.

1 Impetratio per obitum putatiui triennalis pacifici poſſeſſoris ualida reputatur etiam concurrens cum uero ex quo ei litem non mouit.
2 Titulus bonus præſumitur ſuperueniſſe putatiuo triennali quem impetras iuſtificare non compellitur.
3 Communis reputatio ſufficit ad probandum titulum prædeceſſoris triennalis.
4 Probatio tituli inualidi prædeceſſoris nō concludit ꝙ nō habuerit alium titulum.
5 Veritatem opinioni præferendam eſſe in beneficialibus qualiter intelligatur.
6 Si cedens uel decedens ſaltem triennio poſſedit impetrās ex tali uacatione poteſt beneficium petere nec cogitur iuſtificare titulum ſui auctoris.

7 Peius eſt titulum infectum producere quàm nihil de titu-lo allegare.
8 Tituli poſſunt multiplicari.

Deciſio tertia.

ITem fuit tentũ in una Teruiſina Cano.& præben. coram domino Do.de Iacobatiis ad declarationem dictæ allegationis Lap.cum materia ꝙ licet ti.uerus præferatur putatiuo in concurrentia.c.ſuſceptũ de reſcript. in vi.& ibi Moderni tamẽ qa putatiuus obierat in poſſeſſio-
1 ne pacifica trium annorũ ad minus ualida † fuit iudicata impetratio per obitũ putatiui cui non pręfertur uerus qui concurrebat cũ putatiuo ex quo litem ei non mouerat qa
2 præſumitur ꝙ titulus † bonus putatiuo ſuperueniſſet quẽ impetrans iuſtificare non compellitur:contra quod uidetur ꝙ Lap.in dicta allegatiõe loqtur quando unus eſt ſolũ impetrans petens beneficium,& ibi.vii.col. Nam ſi eſſent duo tunc ueritas ad completum negotium declarata præfertur opinioni.viii.di.ueritate. Vni autem ſoli petẽti beneficiũ uacans de iure & de facto qui expreſſit modũ uacationis putatiui. Nihil obſtat & ita do.& Phil. Frãch. ſentiunt in.d.c.ſuſceptum ex quibus aduocatus partis qui ſuccubit uolebat ꝙ quia uerum concurrebat cum putatiuo & uiciſſet cum ita uincat impetrantem per obitum putatiui cum quo nunc etiam concurrit & ꝙ allegatio Lap. procedit in unico impetrante per obitum putatiui & limitatio eiuſdẽ uerificetur quando duo ex perſona unius tamen impetrarunt,unus cũ expreſſione ueri modi uacandi per reſignationem alius putatiui per obitum : ut uerus præfectatur etiam in data poſteriori & ſi ſecus quando ex perſona duorum . Sed hanc differentiam non perpendo nec puto ueram , nam ſi Lap. loquitur in uno impetrante per obitum putatiui oportet dicere quod aduerſarius impetrantis prætendat ius uiuente putatiuo ſibi competiiſſe & competere ſeu det de iure tertii cui uere non putatiue cõpeteret & tunc ſumus in caſu deciſionis ut ſimili ꝓ quo

allegatio faceret. Si uero admitteremus ꝙ loquitur in uni
co impetrante cum quo non concurret alius ex perſona
nec daret de iure tertii ſed ſolum exciperet iuſtifica titulũ
auctoris tui alias uolo abſolui reſtringeret nimiũ & eſſet
contra fundamenta per eundẽ Lap. adducta maxime pe.
& ult. col. dũ aſſerit qđ in probatione alicui titulo cõmu-
6 nis † reputatio ſufficiat & non compellitur qs talem titulũ
probare quinimmo productio renunciationis, & ſic non
tituli non excludit præſumptionem quæ cauſatur ex tem
pore iam dicto pacifice poſſesſionis quod potuit obtine
re nouum & bonũ titulũ pro quo obtento facit commu-
nis fama & putatiuum reputauit uerum prout forſan fuit
quãuis non conſtet ſic nec ſententia illegitimatis noceret
cum potuiſſet ſuperueniſſe diſpenſatio ut dicit Lap. quod
etiam Mil. in uerbo beneficiũ impetrans firmat in caſu for
4 tiori in quo † probaretur aliquem habuiſſe titulum inua-
lidum & ſic de nullitate tituli oſtenderetur. Cum ex hoc
non concludatur quod ius non habuerit cum potuerit
habere alium titulum ualidum ita Abb. in. c. ſollicite. 2.
col. de reſtitu. ſpoli. & quod Anch. in dicto conſi. 117. In-
no. & Ioan. an. in. c. ſuper hiis de accuſa. Fely. in. c. Illud
de præſumptio. & c. ſicut de re. iudi. & tex. in. c. i. de con-
ſue. rec. feu. in uſi. feudo. quod ſicut ibi per ſolutionem
& receptionem cenſus præſumitur reuocatio ita hic per
perceptionem fructuum beneficii pacifice cum commu-
ni reputatione aut bonus aut nouus titulus ualidus ut ſu-
pra: illud uero quod fiat diſtinctio an ex perſona unius,
uel duorum duo impetrent unus uere alter putatiue non
habet ſaporem cum utroq; caſu extra terminos deciſio-
nis præferatur uerus. d. c. ueritate & d. c. ſuſceptum, &
quod duobus impetrantibus ueritate declarata ante com
5 pletũ negocium ueritas opinioni † præferatur locũ habet
ſi uerus modus tempore uacationis appareret nõ ſi puta-
tiuus reputabatur uerus communiter & uerus erat occul-
tus. Nam ſi patebat putatiuus tanquam uerus & latebat
uerus ut in caſu concluſionis in quo populus non exiſti-

mabat beneficiatum niſi eum q poſſidebat in pace & perſeuerauerat ſine contractione uſq ad obitum utiq; putatiuus eſt in conſideratione & opinio præferenda ueritati ut potentior ex iam dictis & ita declarando lap.&.d.c.ſuſceptum dicit domi.in.d.c.quod no.Nam ſecundũ iſtam declarationem & rationem potentiæ cum præſumptione quod fuerit uel ſuperuenerit titulus canonicus & alia adminicula ad id deducta iuncta hodierna interpretatione triennalis poſſeſſionis iſtud tantum eſt inſpiciendũ an ce
6 dens † uel decedens pacifice triennio ſaltem poſſediſſet ut obtinens ex tali uacatione ſit tutus & poſſit petere beneficium abſq eo ꝙ cogatur iuſtificare titulum auctoris ſiue ſit ſolus impetrans cõtra quẽ excipiatur uel alius ei opponat dando de iure ſuo uel tertii quod eſſet uerũ & ortũ tempore poſſeſſionis putatiui ſeu cõcurrat alius impetrans ſecundũ uerum modum uacandi cũ eo ex eadẽ aut diuerſis perſonis uel ex uacatione eius q erat uerus titularis qa imputaſſet ſibi uerus quare tacuiſſet tãto tẽpore & permiſiſſet putatiuũ poſſidere, & tunc ſi triennio obſtitiſſet ei agenti contra putatiuũ ſi egiſſet dicta regula de triennali ſi decennio.d.c.illud cũ materia,nullo ergo magis debet obſtare allegatio uenienti ex eius ꝑſona,& ad hanc intelligentiam reducende ſunt hodie deciſiones Egi.533.&
7 646.ac ſimiles & hiis nõ obſtan.alia.287.quod peius † eſt titulum infectum producere q̃ nihil de titulo allegare ex quo non ceſſat ratio uiſitationis ordinarii ꝙ non permiſiſſet ſine titulo Canonico &c.Item quod potuit ſuperueni re alius & præſumitur ex tempore ac cõmuni opinione quod uerus fuerit & quia producens unum non excludit nec dicit quod non habuerit alium præcipue quia titulus
8 † poteſt multiplicati.c.poſt electionem de conceſ.ꝓbẽ.c.ii.de arbi.& ubiq.Abb.Roma.conſilio.433.

Quartæ deciſ.de cauſa poſ.et proprie.Summarium.

Eadem allegatio procedit etiam ſi uera uacatio fuerit

in Curia per reſignationẽ eius qui poſt eam pacifice poſſedit licet de nullo titulo ipſius ſuperuenienti q̃ præſumpto ſucceſſor doceat.

Epithome.

1 Nouum titulum præſumitur ſupueniſſe reſignanti, ſi poſt reſignationem illud per triennium poſſedit.
2 Gratia an dicatur perfecta ſignata ſupplicatione.
3 Supplicatio an ſit ſufficiens pro colorando titulo in poſſeſſorio recuperande.
4 Affectio & reſeruatio an ſit extincta ſupplicatione pfecta.
5 Præſumptio ꝙ potuit prædeceſſor habuiſſe titulum ualidum cum poſſesſione dicit probata probatio.
6 Titulus ualidus intelligitur habere q habuit ab eo qui ualide dare potuit.
7 Regula de triennali eſt perſonalis.
8 Si nõ datur uacatio beneficii morte ciuili uel naturali triẽnali ſucceſſor iuuari non poteſt alleg.Lap.
9 Decennalis poſſesſio facit præſumptione tituli in posſidente.

Deciſio quarta.

VOluerunt domini pro maiori parte in una Toleta. parrochialis de Relas coram me de menſe Martii de anno.1521.ꝙ collegium ſancti Illefonſi de Alcala ꝙ uigore unionis apoſtolicæ poſſesſionem apprehenderat dicte parrochialis uacantis per aſſecutionem archidiaconatus incompatibilis cum parrochiali quem archidiaconatum aſſecutus fuerat Franciſcus zapata.1513. qui etiam tunc parrochialem pacifice posſidebat non teneretur iuſtificare titulum dicti Franciſci nõ obſtan.quod dictus Frãciſcus eam parrochialem.1508.in manibus Pa
1 pæ reſignauerat† ex cuius reſignatione Egidio Gundiſalui in curia præſenti fuerat prouiſum qui in eadem literis

non confectis obierat.1516.& Alfonſus de Segouia per obitum & reſignationem Franciſci in curia impetrauerat ex quo Franciſcus a die ceſsionis uſq; ad diem aſſecutio- nis prædictarũ pacifice poſſederat,ita ꝙ præſumebatur ſu perueniſſe titulũ ex adductis in proximis cõcluſionibus.
Nec refragatur ꝙ durare proponebatur uacatio in curia, & ſic reſeruatio.c.ii.de præben.in.vi. q̃ non uidebatur ex- piraſſe ex quo Egidius non probatur aliquas expediuiſſe literas iuxta deciſionem Egid.cũ ſuis motiuis.112.609.& 644.cũ ſi.& quia cancellaria non dat uacationem ex per- ſona taliter pro niſi quaſi Papa nõ plene prouiderit niſi li teræ conficiantur.Etiã ſi beneficiũ non ſit impetrabile pro pter pendulitatem niſi prius ſeruata forma.c.ſi tibi abſen- ti de præbẽ.in.vi.quoniam domini pro maiori parte etiã
2 tenuerunt ꝙ ſola † ſupplicatio perficit gratiam ad no.per doct.in prohe.vi.& eſt elegans conſi.Gemi.cvi.de quo in
3 illa deciſione ꝙ ſupplicatio † eſt ſufficiens pro colore in poſſeſſorio recuperande incipiente quãuis ad canoniza- tionem ſub ti.de reſti.ſpo.ad quod Rot.de reſcrip.ult.in antiq.de quo pro & cõtra Mil.in repertorio in uerba gra tia apoſtolica non cenſetur perfecta.Suppoſita ergo pro-
4 uiſione perfecta per ſupplicationem † extincta eſt quæli- bet affectio & reſeruatio.c.inter dilectos.ubi Inn.& Abb. poſt alios de exce.præla.& in.d.deciſ.ulti.& de præben. in antiq.xiiii.& in no.xi.facit quia paſſim iudicatur ſecun dũ ſupplicationes in poſſeſſoriis & quo ad abſolutorias prout in illa deciſione incipiẽte obtentũ eſt in palatio ſub tit.de ſen.& re iudi.Sed contra concluſionẽ facit dicta de ciſio ult.Intelligendo eam ſicut Fely.in rub.de conſt.col. iiii.ꝙ licet uacet beneficium per eius obitũ qui habebat ſolam ſupplicationem.Non tamen per hoc expirauit re- ſeruatio ſeu non probaretur reſeruatione ex ſola ſignatu- ra ſupplicationis expiraſſe,quia oportet eam probare per tranſumptum regiſtri apoſtolici pro concluſione dicas omittendo an iſtud ſit uerum ex hic adductis,& in locis remisſis,& ꝗa fuere opiniones ut refert Rot.iii.de feri.in

antiquis ꝙ poſito ſine prẹiudicio ita eſſet, tamen tenendo ꝙ titulus ei qui reſignauerat ſuperueniſſe præſumatur, & quidem alius q̃ eſſet antequam cederet ceſſat obiectus cũ præſumatur ab eo qui dare potuerit, & ſic quòd reſeruatio expirauerit. & per hoc etiam reſpondetur ad uerã uacationem in curia. Nam rationes allegationis Lap. ſunt plures & generales ex quibus ſatis eſt ꝙ militet una concludeus. §. affinitatis inſti. de nupt. l. liberorum. §. i. cũ glo. de hiis qui no. infa. Bart. in. l. i. col. pe. ff. ſolu. ma. & Abb. in. c. cum ceſſante. i. no. de appel. & in propoſito hoc eſt illa ſufficiens quam conſiderat Mil. in uerb. beneficiũ impetrans quod non obſtet ſi probaretur etiam inualidus titulus quaſi iſtud ſit peius quàm ſi nullus appareret ſecũ
5 dum Egi. deciſ. cclxxxvii. quia potuit habuiſſe † ualidum in quo attenditur potentia ex qua cũ poſſeſsione id præſumitur, ut etiam Inno. & Abb. dicunt in. c. ſolicite de reſti. ſpo. & talis præſumptio eſt probata ꝓbatio niſi quod ualde difficile eſt, probaretur non titulus aut non bonus concludentiſsime, ut dicitur in dicta allegatione in fine. ua
6 lidus † autem neceſſario intelligitur ab eo qui ualide dare potuit alias non eſſet iuridica præſumptio, unde licet ceſſaret illa ratio quòd ordinarius paſſus ſit reſignantem poſsidere poſt reſignationem quia eam potuit probabiliter ignoraſſe non facit ceſſare præſumptionem allegationis ſtante alia ratione. Nec ob. quod dicebatur non ſufficere quinquennium ad allegationem, quia ſi in aliis Rota fuit cõtenta triennio in hoc caſu facilius ubi erat quadriẽnium & aliqui menſes ultra. Nec ſequitur ex hac reſtrictio
7 ne triennii regulam † de triennali quæ eſt perſonalis fieri realem hoc modo quia non poſſum obtinere contra poſſeſſorem triennalem propter regulã ſed bene potero contra ſuccedentem in poſſeſsione cui regula non ſuffragabitur quod non potero ſi dicta allegatio eum iuuet, quia reſpondeo ꝙ ſumus in diuerſis uidelicet in terminis allegationis in putatiuo ac prẹſumpto titulo reſpectu alterius. ſ. prædeceſſoris cũ reſpectu ſucceſſoris debeat eſſe cano

nicus & uerus quãuis ſufficiat ex uacatione per obitũ prę deceſſoris ſeu quãuis aliã dimisſionem habitus. In termi nis uero regulæ in proprio perſonæ ſuæ non alterius titu lo, ex quo tunc etiam cõſtat non obſtare ꝙ regula reqrat titulũ ſaltem coloratũ, & ꝙ hoc nullus eſſe uideatur quin reuera eſt præſumptus & uerus reſpectiue ut eſt doctũ, &
8 ſic pluſquam coloratum. Item † ſi triennalis poſſeſſor poſ ſesſionem amiſerit aliter q̃ morte naturali aut ciuili ſeu di misſione ex qua nõ detur uacatio beneficii nec cadat pro uiſio in aliũ tunc ſuccedentem in poſſesſione non iuuabit allegatio a quo poterit euinci poſſesſio nullo fomentata colore. Poſſumus tamen uti temperamento & quodam modo uia media inter antiquam obſeruantiam quæ lon gum tempus in hoc exigebat, ac modernam quæ trien nio eſt contenta prout ſæpe fecerũt legumlatores ut in.§. fi.inſti.qui ex li.cau.ma.nõ poſ.&.l.ſolent.§.fi. iuxta glo. l.nec quicquam.§.circa de offi.procon.l. obſeruãdam.ff. de offi.præſi.c.i.de offi.cuſto.&.c.quærenti de offi. dele. cum no.ibi. Nam ne dum in opinionibus ſæpe accipitur media uerum etiam in iuſtitia.iiii.di.denique. Item in ſer mone ut.xliii.di.ſi rector. faciunt no.in.c. clerici.ii. & ibi Car.de vi.& ho.cle.uidelicet ut non eſſet poſſesſio trien nii ſufficiens ex eo ꝙ ad cauſandum communem reputa tionem non uidetur ſufficere poſſesſio minus recens ſecũ dum Egid.deciſi.cccccxciiii. &.cccccxlv. ſed requirere tur quinquennium aut ad minus quadriennii, & differret allegatio in omni caſu a regula quæ tunc nec per indire ctum nec cõtemplato effectu uideretur realis, nec eſſet ne ceſſaria decennalis longi temporis ex quo ad præſumen
9 dum † titulum in poſſidente uiuo ſatis ſit ꝙ decẽnio poſ ſederit.c.illud cum materia de præſump.ubi doct.& in.c. licet hely.de ſymo.de quo dico ad ſaturitatem in illa de ciſ.ꝙ regula prædicta requirens colorem & cõtenta hoc titulo præſumpto ex decennali poſſeſſione cauſato inci pit quanuis regula. Allegatio enim ſuperuacanea eſſet ſi decennium exigeret. Minori igitur tẽpore concludatur

& non parum minori poſtquã de alieno titulo præſumen do loquitur non de proprio. Et poſtq̃ ſuper alieno nõ eſt pronuntiandum, & ad hoc conferunt aliqua fundamenta Egid. de quibus in proximis deciſ. & l. cogi. C. de peti. here. & quod ait Abb. in c. cũ ſuper in fi. de cau. poſ. & proprie. loquens etiam in actore, & in materia etiam beneficiali quando teneatur quis ex quando non titulum ſuæ poſſesſionis oſtendere, ac ſufficiat conſenſus etiam tacitus uideatur text. in. c. ex inſinuatione. & glo. & Inno. de procur. Abb. in. c. cum noſtris in fi. de conceſ. præbend. & Rot. de reſti. ſpo. in no. i. & in additione.

Quintæ deciſ. de cauſa poſſ. & proprie. Summarium.

Procedit etiam dicta allegatio ſic reſtricta contra habẽtem regreſſum uel acceſſum ſi locum eſſe regreſſui ſciuit & alium posſidere paſſus fuit.

Epithome.

1 Regreſſum habens & patiens alium poſtquam regreſſui factus eſt locus pacifice per quadriennium posſidere ſibi præiudicat.

2 Decennium requiritur ad hoc ut dicatur quis habere titulum pro derelicto.

3 Scientia & patientia iuris proprii in alio uel in lite præiudicant.

Deciſio quinta.

IN terminis prædictis etiam fuit concluſum cõtra Cardinalem ſanctæ Crucis in una Caurien. can. & præben. 1517. in qua. d. Iaco. Simonetta pronunciauit ꝙ non
1 erat † locus regreſſui eiuſdem ex quo cõſtabat ipſum ſciuiſſe quando is per cuius ceſſum habebat regreſſum reſignauit beneficium & paſſus fuerat prouiſum ex reſignatione posſidere pacifice quatuor aut quinq; annis prout

contigerat quia ſicut ſucceſſor talis poſſeſſoris excluſiſſet ius petendente ex alio titulo ꝗ regreſſus ſeu acceſſus. Ita tutus eſt aduerſus regreſſum habentem etiam ſi de eo clare appareret,& non obſtante ꝙ ſaltim decennium requiri
2 tur † ad hoc ut quis dicatur habere titulum pro derelicto in ſui præiudicium ꝙ tempus etiam ad obliuionem inducendam eſt neceſſarium, & ad ciuilem poſſesſionē amittendam.l.ſi de eo.§.i.cum ibi no. etiam per Alexā.col.ii. & Pau.de ca.in.l.i.in prin.col.iii.ff.de acqui.poſ. & Abb. in.c.contingit col.ea.de do.& contu.Nam militant motiua dicte allegationis per quæ præmiſſa non obſtant. Itē coniunguntur cum materia.l. ſæpe.ff. de re iudi. &.c.pe.
3 eo.ti.ac aliorum iurium uolentium ꝙ ſcientia † & patientia iuris proprii in alio uel in lite præiudicant.

Sextæ deciſ.de cauſa poſ.& proprie.Summarium.

Poſſesſio beneficii habita cū executore uigore executorialium Rotæ abſq; intimatione literarum & citationis partis condemnate non uitiat ſurrogationē licet talis poſſesſio ex ſtilo in Rota reuocetur & pena.l.meminerint.& c.eum qui non procedit in poſſesſione apprehenſa abſq; uiolentia.

Epithome.

1 Clauſula dummodo in ea intruſus non ſis ſolet apponi in omni ſurrogatione.
2 Sententia poteſt mandare executioni non citato ulterius appellante quando appellatio eſt deſerta.
3 Iudex an posſit cōmittere ut habenti rem iudicatam propria auctoritate ingrediatur poſſesſionem.
4 Nuntius an quis posſit eſſe in re ſua.
5 Nuntius an posſit conſtitui per iudicem aduerſarius ad actum citationis.
6 Apprehendens poſſesſionem plenam ſine uiolentia an dicatur attētare & ſi locus pene.c. eū qui de præbē.in.vi.

7 In poſſeſsione tradita per executorem uel iudicem etiam iniuſte non eſt locus pene.d.c.eum qui.

8 Cauſa beſtialis a dolo & pena excuſat.

9 Executor habens armatos non dicit inferre uiolentiam cum iuris executio iniuriam non habeat.

10 Executoriales litere de ſtilo ſunt intimande & re producende. auditori in Rota qui ſeruatis terminis procedit uſq; brachium ſeculare.

11 Canonica poſſeſsio dicitur illa quæ apprehenditur uigore brachii ſecularis uel mandati executiui.

Deciſio ſexta.

Gratia ſurrogationis an ſit ſurreptitia aut alias nulla ſi ſurrogatus habens rem iudicatam in Rota habuerat poſſeſsionem cum executorialibus Rotæ per electũ executorem non intimatis executorialibus condemnato nec eo in executione citato. Et in una Brixien. parrochialis coram.d.Iaco.Simonetta de menſe Martii. 1521.dicebatur ꝙ ſic attento ꝙ Rota reuocat talem poſ-
1 ſeſsionem.ideo uidetur intruſus † & ob.clauſula dummodo intruſus non ſis in omni ſurrogatione poni ſolita. Cō-
2 trarium fuit concluſum. Nam † quando lapſo termino deſerta eſt appellatio poteſt mandati ſentētia executioni nō citato ulterius appellante. Inno.c.cum ſuper de re iud.c. ex ratione de appel.& Abb.c.cum cauſa.de re iudi.quod eſt uerum generaliter ſi fiat executio in eadem re, ſuper qua eſt iudicatum ut non requiratur citatio partis. Bar.l. a diuo pio.§.in uenditione.ff.eo.titu.&.l.meminerint.C. unde vi.ubi ita intelligit opinionem Inno.& hæc ſententia eſt communior. Licet cōtraria uideatur uerior. Inquit Alexan.d.§.in uenditione.x.col.poſt opiniones hincinde adductas, quæ tamen in utroq; dicto limitatur ut ibi p eũ. & Fely.c.cum cauſa.eo.ti.ii.col.cũ ſe. Item poteſt iudex
3 † parti habenti rem iudicatam cōmittere executionem ut propria auctoritate ingrediatur poſſeſsionẽ & ualet etiam

ſi communis modus ſit per executorem . dicit Bart. poſt Ol.& Iaco.de Are.l.iuſte poſſidet de acqui.poſſ.l.ſi fini‑
4 ta.§.iulianus col.v.de dam.infec.Cum poſſet quis † nun‑ tius eſſe de re ſua.l.eum qui.§.ſi epiſtola.ff. de fur.Et hæc eſt etiam legiſtrarum communis concluſio, ait Abb.c.de cætero ult.col.de re iudi.pro qua.c.cum dilecti.de do.& contu.ubi colligit in notalibus poſt Abb. antiquum ꝙ ad
5 uerſarium poteſt iudex † conſtituere nuntium ad actū ci‑ tationis & procedit ſecundū eundem.d.de cætero quan‑ do cōmittitur mera & nuda executio, ſecus ſi oporteret adhiberi cauſę cognitionem.ad quod Bar.l.nequicquam .§.ubi decretū de offi.procōſ.in fi.&.l.intra diem.ff.de re iu.multo ergo magis ſi pars fuiſſet citata & ei executoria‑ les intimate & ſine alio progreſſu capta poſſeſſio quod
6 proculdubio procedit quādo uacua apprehēditur† poſ‑ ſeſſio, quia etiam quando plena dūmodo ſine uiolentia non attētatur nec ſuccedit pena.d.l.meminerint neq;.c.eū q.de prębē.in.vi.ut Rot.de cau.poſ.& proprie.ult.in no. & poſt glo.& Ioan.an.Phil.Franch.d.c.eum qui quanuis Arch.& Lap. quos refert cum ſequacibus contra. & hæc pars benignior quæ dominis in aliis cauſis placuit . pro qua quod Bar.ait in.d.l.iuſte.& Abb.d.c.cum dilecti.ibi. dummodo non reperiat reſiſtentiam.Nam etiam quādo cum uiolentia ſunt opiniones & lis ſub iudice ac de ſuper cogitandum ut late Fely.cum.c.cum cauſa.ii.&.iii.col.de
7 offi.de leg.Nam quando poſſeſſio†per executorem tra‑ ditur ceſſant dictæ penæ etiam ſi iudex hoc faciebat iniu‑ ſte . Bart.& Ange.d.l.meminerint.& Fely.d.c.cum cā.ii. col.uer.tertio limita.& Bar.d.l.iuſte. dicit cōmunem eſſe dictum aduocatorum ꝙ ſiue iuſtis ſiue iniuſtis rationibus cadit excuſatio,licet in ſtatuto ſimpliciter loquente putet
8 debere puniri ex lata culpa facit quia ſi a dolo † & pena beſtialis excuſat cauſa.l.igitur.§.poteſt de lib.cā.ff.c.cum uenerabilis iuxta glo.& no.ibi per doc.de conſue.magis debet excuſare factum lege permittente licet contra ſti‑ lum maxime quia ſtilus Rotæ procedit ſolum reſpectu

poſſeſſionis

poſſesſionis ualide uel inualide non in aliis caſibus contra iura ſicut dicitur tantum præſcriptum quantum poſſeſſum.c.cum olim.c.cũ contingat de deci. Bal.l.i.§.ſi quis .ff.de iti.actuq; priui.& Abb.c.auditis.iiii.col.de præſcripti.&.c.cum inter. de re iudi. & col.iiii.Et executor † bene poteſt ſecum habere armatos ad exequendum ſine impedimento & propulſandum iniuriam non ad inferendũ, & tunc non dicitur inferre uiolentiam cum iuris executio non habeat iniuriam.d.l.iuſte,&.l.iii.quod me cauſa.l.iniuriarum.§.i.ff.de iniur.c.cum eccleſia uulterrana de elec. cum ibi not. Item ad excuſandum facit quia in executorialibus due uie proponuntur una per executorem ut ſupra,alia quam obſeruat Rota de qua infra, unde non uidetur peccare eligens alteram ad literam.l. graccus.C.ad .l.Iuli. de adulte. & per hoc tenuisſime etiam non debere reuocari huiuſmodi poſſesſionem, & aliqui bene guſtabant ſed præualuit ſtilus qui in omnibus cauſis fuerat obſeruatus.c.ex literis de conſtitu.l.minime.ff. de legi.&
10 etiam quod debent † intimari executoriales parti & reproduci intimatio auditori in Rota ac ſeruari quatuor termini de quibus Fely.c. ad probandum de re iudi. & declaratur ſi non potuerit aut ſe legitime excuſauerit incuriſſe excommunicationis penam ac alias penas in literis executorialibus contentas & ſucceſſiue proceditur ad aggrauationem reaggrauationem interdictum & uſque ad
11 brachiũ ſeculare incluſiue. Et ita habetur canonicæ † poſſesſio non alias, niſi loco executorialium decernat Papa mandatum executiuum quod fit in quibuſdam caſibus, & pro ſtilo facit quod Abb. ſaltem reſpectu citationis in caſu dubio tenet in.d.c.ex ratione ult.q.& col. poſtquam retulit opinionem Inno.& aliorum, ſed citatio perſonalis aut certa aut indubitata notitia eſt neceſſaria propter ſententiam cenſurarum ad doctrinam Inno.in.c. fi. de eo qui mitti. in poſſ. cauſa rei ſeruan. quæ non eſſet quando uia executoris ad poſſesſionem eligetur ſi ſtilus non repugnaret.

Septimæ deciſ. de cau. poſ. et proprie. Summarium.

Per ſententiam non quæritur quaſi poſſeſsio iuris eligendi aut prεſentandi ante electionem ſeu præſentationē uel ſic ex ſola ſententia non quæritur nec trāsfertur quaſi poſſeſsio ēt in incorporalibus nulli corpori cohεrētibus.

Epithome.

1 Poſſeſsio ſeu quaſi ſine apprehenſione non habetur nec recuperatur etiam per fictionem iuris.
2 In quaſi poſſeſsione iuris incorporalis quæ requirantur.
3 Posſidere quando quis incipiat poſt ſententiam.
4 Ex poſſeſsione caſtri an cenſeatur acquiſita poſſeſsio iuris præſentandi ad eccleſiam.
5 Poſſeſsio dum acquiritur eſt facti licet acquiſita ſit iuris.
6 Laicus ex præſcriptione acquiri poteſt ius patronatus.
7 Allegans titulum quid probare debeat.
8 Per præſentationē acqritur quaſi poſſeſsio præſentandi.
9 Abſurdum detegere ſatis eſt ad impugnationem unius actus.
10 Poſſeſsio non acquiritur nec acquiſita probatur per illa uerba in literis ꝓuiſionis appoſita & executoribus directa ꝙ faciat illum pacifice posſidere ſed bene poteſtatem intrandi & acquirendi.
11 Poſſeſsio in incorporalibus an acquiratur ꝑ ſententiam.
12 Actus corporalis eſt neceſſarius in acqrenda poſſeſsione.
13 Confirmatus in prælatura licet posſit agere & poſſeſſorio & petitorio, non tamen dicitur eſſe in quaſi poſſeſsione.
14 Actus electionis eſt neceſſarius ad acquirendā quaſi poſſeſsionem.
15 Præſentatio eſt fructus iuris patronatus.
16 Si agitur ſimul poſſeſſorio & petitorio utrunqꝫ debet terminari una ſententia.
17 Verbalis eſt illa reſtitutio quæ ponitur in ſententia talem

reſtituendum fore & reſtituimus.

18 Poſſeſsio regulariter non tranſit ſine apprehenſione cor-
poreli.

19 Exteſio fieri debet ad caſum ſimilẽ rationem habentem.

Septima deciſio.

Vtrum ſententia quæ fertur ſuper proprietate iuris patronatus in beneficialibus trāsferat eoipſo quaſi poſſeſsionem in eum pro quo eſt lata coram domino Bartholomeo de Petra ſancta.1521.de menſe Martii in una maioricen.Capellanie undecim millia uirginum ſæpius poſita cauſa fuit diſputatum. ubi caſus erat quod ei cui fuerat adiudicatus patronatus mota erat lis poſtea a tertio ante aliquam præſentationem ſuper eodem iure ita quod aſſerebatur ipſum præſentare impeditum niſi ex ſolo actu pronunciationis cepiſſet posſidere & tamen quinque ex octo domini inter quos ergo tenuere negatiuam pro qua facit regula.l. deniq; ex qui cau. ma. &.l.cũ
1 hæredes.ff.de acqui.poſ.quod poſſeſsio † ſeu quaſi cum ſit facti etiam per fictionem iuris non recuperatur nec habetur ſine apprehenſione & procedit ſine diſtinctione.l. i.§.generaliter.ff.de lega.præſtan. Secundo facit doctrina Inno.in.c.ii.de in integr.reſtitu.& Cal.conſi.xii. de iu-
2 re patro.uolen.in quaſi † poſſeſsione huiuſmodi iuris,incorporalis quinque aut ſex requiri uidelicet præſentare & bona fide & quod ſortiatur effectum cum aliis requiſitis ergo exigitur actus præſentationis. Tertio ad hoc eſt tex.iuncta glo.in.c.ſi uero de iur.patro. Vbi ſit repræſentatio per eum qui per ſententiam ius obtinuerat patronatus quæ nihil iuris tribuit inſtituto ſed fit ut uerus patronus poſſeſsionem pręſentandi adipiſcatur poſt uictoriam in lite,ita Anch.Car.& Abb.poſt glo. ibi ubi nemo aliorum quem uiderim ſentit oppoſitum igitur per ſolam ſententiam non fit translatio. Quarto facit.c.ſi.de iudi. ſecundum But. & Abb. colligen.ibidem practicam exequen-

di in materia ut iudex uerbo reſtituat & ad priſtinam poſ-ſeſsionem reducat.c. cum eccleſia ſutrina de cau. poſſ. & proprie. & per executorem partem compellat ad præ-ſtãdum patientiam exercitii talis iuris. Quinto facit quod Bart. tradit in.l. miles.§. qui iudicati.ff. de re iudi. quod
3 ſolum incipit † quis poſt ſententiam posſidere in caſibus quibus ſententia trahit ſecum executionem paratam abſ-que eo quod ſit neceſſ.aliqd fieri & ponit exempla quod non eſt in propoſito caſu in quo ſolum ſententia dat fa-cultatem eligendi aut prçſentandi adueniente uacatione, ita quod præſentatione opus eſt. Item ut dixi hoc tenet expreſſe Inno.in.c.cum noſtris de conceſ.præben. quem omnes quos uide communiter ſequuntur,ut Hoſt. Ioan. an. Anch. Car. de Io. de imol.& But.dum ait quod in his incorporalibus ubi nihil corporale attingit ut in electio-nibus & ſimilibus ſtatim lata ſententia actor poteſt ingre-di poſſeſsionem & uictus eam amiſit ſi conſtat eum non habere. Cum potentia differat ab actu.l. multùm.C. ſi quis alte.uel ſibi &.c.cum ſuper de offi.deleg. Pertinen-ter etiam facit ad caſum de quo agitur deciſio prima in
4 no. de iure patro. ubi ex poſſeſsione caſtri † non cenſe-tur quæſita quaſi poſſeſsio præſentandi quaſi eſſet ſi per litem ſequentem non impediretur.c.i.ut lit.penden.& ex communi ſententia ſecundum Abb. in.c. ex literis de iu-re patron. de quo etiam Roch. in eodem tractatu ſuper uerbo. competens alicui. xxiii.q. Item omnis poſſeſsio
5 † dum acquiritur facti eſt & in facto conſiſtit quanuis ac-quiſita ſit iuris.l.i.in princi.& ibi legiſte.ff.de acqui. poſ-ſeſ.& Canoniſte in.d.c. cum noſtris unde facti miniſteri-um requirit. Præterea ſine poſſeſsione præſcriptio non procedit.l. ſiue poſſeſsione.ff.de uſu. ca. & tamen quan-
6 do quærimus an laicus † ius patronatus ex præſcriptio-ne quæſierit prout quæri poteſt ad ea quæ ſcribit Io.an. in regula quod alicui in mercu. in. vi. Inſpicimus ad ini-tium quaſi poſſeſsionis antiquiorem actum præſentatio-
7 nis. Nam † allegans titulum & uolens probare ex tem-

pore neceſſe eſt oſtendat quod actus fuerit factus ex eo. titu.& cauſa quam allegat & ſi prætendatur immemorabilis omnino eſt neceſſarium quod præſentationum actus probentur licet præſumatur tunc abſque aliqua probatione facti ex cauſa ti. Ita Fely.in.c.cauſam de præſcript. unde etiam ſi termini non ſint partes ex quo de tit.non conſtat ualido quando ad præſcriptionem quis recurrit.c. ueniens de præſcript. tamen pro quaſi poſſesſione requiri-
8 tur † præſentatio & ſi titulus nouus bonus ſine præſcriptione ſufficiat non tamen ex eo ſequitur poſſesſio etiam ſi nullus alius probetur fuiſſe aut eſſe in quaſi poſſesſione ſicut nullus erat in caſu iſto. Vlterius ex affirmatiua ſequeretur quod ſi ſtatim lata ſententia uictor eſſet in poſſesſione alicuius: non patronus præſentans ſpoliaret habentem ſententiam hoc autem eſſet abſurdum uel illud quod non eſſet dare concurſum inter proprietarium nudum & quaſi poſſeſſorem quando quis eſſet proprietarius per ſententiam quem concurſum docto. prædicti conſiderant indiſtincte in.d.c. conſultationibus & aliis locis. Item alia contra iuris regulas ſequeretur ut ſupra eſt oſtenſum & patebit infra ad impugnationem
9 autem unius partis ſeu actus ſatis † eſt detegere abſurditatem quæ inde reſultaret.l.fin.C.de uſu. rei iudi. in auct. de non eligen. ſecun. nuben.§. cum igitur circa fi. col.i. c.ſolite, de ma. & obe. &.c.noua de peni. & remiſ.& ibi Abb. facit.c. in geneſi: de elect. Validum eſt enim articulum pe reductionem ad inconueniens.l.debitor, & ibi Bart.ff.de lega.ii. Item tantum quærit quis prælatura per electionem & confirmationem quantum per ſententiam in patronatu arguendo a pari uel maiori potentia quoniam non requiritur maior poteſtas data iudici in hoc quàm cõfirmanti ſed per electionem & confirmationem non quærit quis poſſesſionem ſed facultatem, ſic ea adminiſtrandi & iuriſdictionalia exercendi ſecundum communiorem opinionem. Inno. Ho.& Io.an. quam ſequitur Abb.in.c. tranſmiſſam de electi. Igitur nec per ſen-

tentiam niſi poteſtatem utendi omni fructu iuris patro-
natus. Et licet But. & Abb.in.c.ſecundo de renunci.no-
tent per tex. ibi quod ex inueſtitura beneficii uidetur quæ
ſita quaſi poſſesſio beneficii ſeu translata tamen hoc non
eſt uerum, ut patet ex dicta communi ſententia & etiam
ſecundum alium intellectum tenentium contra commu-
nem & ſecundum ea quæ Abb. proſequitur in.d.c. tranſ-
10 miſſum & illa † uerba in.d.c.ii.quibus Papa mandat ut
faciant inueſtitum beneficium pacifice posſidere non pro
bant translationem poſſesſionis nec acquiſitionem ſed
poteſtatem tantum intrandi pacifice non obſtante lite
quæ terminatur prout ibi, & ideo But. & Abb. non ui-
dentur firmare pedes & ſe remittere ad no.in.d.c. tranſ-
miſſam & in.c.ii.de conſue. Non ob. quod tres domini
pro affirmatiua allegabant.d.c.de iud.ubi Franc.de Are.
quem refert & ſequitur Fely. colligit quod incorpora-
11 libus ſententia lata † eſt unus modus qui transfert poſ-
ſesſionem ciuilem & naturalem ipſo iure & loquitur tex.
de facultate eligendi, & ad idem Ange.in.l.qui reſtitue-
re de rei uendica.& in.l.iii.§.i.de publi.& Floria.in.l. ſer-
uitutes de ſerui.urba.prædi.Et idem Franc. de Aret.l.iii.
in prin.iiii.col.ff.de acqui.poſſeſ.& Bal.in.l.traditionibus
.C.de pact.in.l.Barbarius de offi.præto.in.l.iubere caue-
re de iuriſ.om.iudi.& in ſua margarita in uerbo poſſesſio
in fi.& in.d.c.cum eccleſia ſutrina: cum inquiunt quòd in
hiis quæ non ſunt mere incorporalia ſed corporalia uel
inſunt corporibus ut ſeruitutes requiritur actus facti ad ac
quirendam poſſesſionem.l.ſciendum.§.ſi fundum qui ſa
tiſda.cogan.l.non eſt mirum.§.ſciendum de pigno. acti.
&.l.qui uniuerſas.§.item cum præter.ff.de acqui.poſſeſ.
ſecus in hiis quæ nulli inſunt corpori, ut in iure præſen-
tandi & eligendi ut tunc ſecundum eos tranſeat quaſi
poſſesſio ex ſolo actu uerbi iudicis pronunciantis tan-
quam ibi conſiſtat quaſi poſſesſio in ſola licētia iuris quæ
per ſententiam quæritur, & hæc appelletur ciuilisſima
quę iure ipſo transferatur abſque aliquo actu uero uel fi-

ſto de uno in alium ita quod ſimus in incorporalisſimis & quod per hoc ſit caſus notabilis ſecundum capram in d.c.cum eccleſia ſutrina, ut Franc.de Aret.refert in.d.l. iii.ubi Papa per ſentētiam reducit ſpoliatos ad quaſi poſ- ſesſionem quia reſpondi unico uerbo quod omnes præ- dicti docto.in ſecundo membro confugiunt ad Innocen. in.d.c.cum noſtris ubi Inno. & alii ſentiunt opppoſitum ut eſt oſtenſum ergo neceſſe eſt intelligamus eorum di- ctum iuxta quo tam allegatam.l. Imperator de in diem adie.& Bart.in.l.non ſolum.§.ſi liberationis uerba.ff.de libe.lega.aut fateamur quod equiuocauerint aliter intel- ligentes quàm Inno.& alii ſenſerint qui pro negatiua ſen ſerunt ut declarat But.poſt alios ibi dum dicit Inno.fina- liter reſidere quod per ſolam ſententiam non acquiritur quaſi poſſesſio iuris eligendi niſi habeatur a ſuperiore li- centia ad eligendum & quod alii uolunt ut ſine licentia ingredi posſint licet primum ſecurius ſit. Vnde ſecūdum utrunque ſenſum ſtat concluſio deciſionis & Inno.ſeipſum declarat in.c.ex literis de reſt.ſpo.ult.col.ibi poſſesſio aūt eligendi non uidetur poſſe quæri niſi eligat & ab eo ele- ctus:habeatur pro electo ab his q poteſtatem habent eli- gendi uel ad minus eis ſcientibus patiantur eū eſſe in poſ ſesſione eligendi ſuſtinendo electum aut ſaltem non con- tradicendo altero illorum modorum ait quos notaui in
12 c.ii.de in integ.reſtitu.ſubiiciens quod actus † corporalis ne- ceſſarius eſt in acquiſitione poſſesſionis.l.i.in prin.ff.de acqui.poſ.cum ſi.quam.l.etiam in iſtis incorporalisſimis iuxta materiam intelligit.Non ob.l.i.& quod Bal.ibi ſcri bit.C.de dona.qa interuenit traditio inſtrumenti.Item res erat in præſentia:licet ſecundum aliam lecturam ſpeciale ſit in donatione ut ibidem per eūdem Bal.Nec ob. quod cō
13 firmatus in prælatura poteſt agere in petitorio † & poſſeſ ſorio ante apprehenſionem poſſesſionis ut.d.c. tranſmiſ- ſam.quaſi cōfirmatio trahat ſecū poſſesſionem & ſenten- tia idem faciat,quia ex hoc non ſequitur quòd ſit in quaſi poſſesſione.Item permittitur nō nomine ſuo ſed nomine

& fauore eccleſiæ apud quam uniuerſalem uel ſingularẽ mortuo prælato proprietas & poſſeſſio remanent cum nunquam moriatur,ſicut nec ſedes apoſtolica.c.ſi gratioſe.de reſcrip.in.vi.uel dicuntur eſſe apud ipſum q uiuit in eternum,ut dicunt Inno.& Abb.in.c.cum ſuper.de cauſa poſſ.& proprie.& Inno.in.d.c.in literis. & Rota deci.x. in antiq.de cauſa poſ.& proprie.&.i.in no.de reſti.ſpolia. Reſpondens ad.d.l.cũ hæredes.ſed ſi hæredi id non per mittitur poſt aditam hęreditatem cum eſſet ratio fauoris. ad dicta Bal.in diuerſis locis ultra præmiſſa dic ꝙ contrarium ſentit in.l.ii.C.de ſerui.& aqua.Intelligendo eũ ſimpliciter.nam ponit regulam conformem huic deciſioni ꝙ poſſeſſio in iuribus quæritur rebus ipſis & factis non ſola animi cogitatione qa actus corporalis in quo illud ius repræſentatur neceſſarius eſt,& ſic in ſeruitutibus requiritur
14 uiſus rei & in iure eligendi † actus electionis.Item in.l.ſi. C.de edic.di.Adria.tol.inquit ſe credere ꝙ hæres poſſit præſentare ſine aliqua miſſione quia ſufficit ius habere in puris incorporalibus, ut no.per Inno.in.c. cum noſtri de conceſ.præben.Vnde intelligit Inno.ut ſupra dixi ad ſen
15 ſum negatiue & deciſionis ut poſſet præſentare † & uti fructu q in præſentatione cõſiſtit,& in electione,ut no.gl. in.c.cũ olim de ma.& obe.& Abb.in.c.cũ olim de cauſa poſ.& proprie.Nam ad executionem huius iuris non eſt neceſſe quem poſſidere aliter ſequeretur ꝙ hæres patroni poſt aditionem hæreditatis ex quo non eſſet poſſeſſor non poſſet præſentare.Nec is ad quem tranſiuiſſet uniuerſitas ſub qua eſſet pertinentia iuris patronatus ad.c.ex literis cum materia de iure patr.& ſic de habente ſententiam qui antea non poſſediſſet.Item Bal.& poſt eũ Aluarot.& Alex.in.c.i.de conſue.rec.feu.in uſibus feu.inquit ꝙ in incorporalibus eſt una quaſi poſſeſſio quæ conſiſtit in habitu,& hæc acquiritur ex poteſtate conferentis. Alia conſiſtit in actu & executione, & hæc quæritur operis effectu, ut in.c.tranſmiſſam allegato. Iſta eſt concluſio in habitu quæ per ſententiam non quæ actu.Nec ob.ꝙ unus ex do

minis ponderabat de patientia quam uictus tenetur præſtare uictori quaſi reſpiceret impedimentum continuationis quia reſpicit quod in acqſitione quaſi poſſesſionis teneatur præſtare patientiam & ſuccesſiue in cõtinuatione. Ad Aret.in.d.c.ſi.de iudi. dicas ꝙ ſupponit unum quod non eſt uerum ex prędictis.ſ.ꝙ non exiſtens in quaſi poſſesſione nequeat præſentare cum ad id ſufficiat ius in proprietate & quaſi poſſesſio in habitu ut.d.c.tranſmiſſam in ſuis terminis. Et hoc eſt quod dicit Inn.in uerb.poteſt in d.c.cũ noſtris.& Bal.in.d.l.ſi.ad.d.c.cum eccleſia ſutrina dicas ꝙ magis probat negatiuam iuxta glo.in uerb.reducentes.ſ.uerbo non re ut ſit uerbalis & non realis nec eſſe ctualis reſtitutio poſſesſiõis,& dicit Abb.ibi col.viii. poſt Cal.ꝙ ad nullũ actum poſſesſionis uel quaſi facta fuit reſtitutio. Sed papa prius caſſauit electionem & poſtea reſtituit clericos, nec reſtitutio operatur effectũ caſſationis, ex quo ſine caſſatione aliqua eſt reuocanda electio facta aliquibus contemptis & excluſis prout erat in caſu.c. ꝙ ſicut.&.c.bone el.ii.de elec. Et ſuper poſſeſſorio pronunciatio facta fuit etiam ſi de proprietate abſorbente poſſeſſionem cõſtaret ut ſatisfieret iuri uolenti ꝙ de qua re fuit cognitũ de ea ꝓnũciari debeat.l.de qua re.ff.de iud.&.d.c.cum ſuper.Nam iuxta regulã.c.cũ dilectus.eo.ti.quan
16 do ſimul agitur † petitorio & poſſeſſorio una ſẽtẽtia debet terminari utrunqꝫ,ſed poſſeſſoruim præcedit in determinando ſeu pronunciando, in exequendo uero proprietas.Item propter fructus facta fuit ut ibi.& in.c.ſeq.iuncta glo.ii.&.c.ſignificauerunt iuncta glo.ſi.de teſti.quanuis ergo non operetur acquiſitionem poſſesſionis non dicitur inanis ex prædictis.de more etiam eſt ꝙ in ſententiis reſti
17 tutoriis ponitur clauſula talem reſtituendum † fore & reſtituimus,& tamen uerbalis eſt tantũ reſtitutio.Ex quibus omnibus ſatis conſtat pro affirmatiua nullũ eſſe textũ.unde erubeſcit.l.illam.C. de colla. & in auct. de trien.& ſemis.§.cõſideremus col.iii.& in auct.de non eligen.ſecundo nuben.§.cum igitur.uer.ſin autem non uoluerit col.i.

ibi.nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens quinimmo negatiua habet omnes regulas pro ſe ut ſupra & rationem naturalem quæ ſine lege ſola ſufficeret ad.l. ſcire oportet .§.ſufficit de excu. tut.&.l.cum ratio.ff.de bo. damna. & xxviii.q.i.ſic enim.& no.glo.i.q.i.ſicut urgeri quæ reſtringit & ampliat.l.cum pater.§.dulciſsimis.ff.de leg.ii.& habet tex.iuncta glo.in.d.c.ſi uero.cui non contradicitur reſponſio quæ pro affirmatiua conſiderabatur ꝙ repræſentatio fieret ad poſſesſionem facti, ſit qppe reſpectu patroni ad acquiſitionem poſſesſionis quæ non erat licet reſpectu inſtituti proſit ut non uexetur de facto & dicatur fieri ad cautelam,ut Abb.ibi poſt glo.declarat.Cæterum non
18 reperitur cautum ꝙ tranſeat poſſesſio † ſine apprehenſione niſi in caſu.l. raptores.§. ſin autem diaconiſſam.C. de epiſ.& cleri.ubi ciuiliſsimam poſſesſionem propterea docto.appellant.ergo ſtat regula in aliis a iure non exceptuatis in contrarium.l.nam quod liquide.§.ſi.ff.de pe.lega.et in auc.non alie.aut permutan.§.ut autem col.i.Sola enim lex eſt quæ fingit dominiū & poſſesſionē quæri abſq; traditione non homo Alex.cōſi.i.uol.v. Nec eſt ratio ꝙ iſte
19 caſus exceptuatus extendatur ad caſum † deciſionis cum non habeat ſimilem rationem quo caſu ſit extenſio ſecundum glo.notabilem in.l.i.C.de cond.inde. & no.Abb.in c.ſi.de re iud.iiii.col.& eſt tex.in.c.cū dilecta. & ibi etiam Abb.v.not.de confir.uti.uel inuti.& in ultima diſputatione.d.Iac.Simonetta qui tenuerat affirmatiuam motus auctoritate tantorum legiſtarum uictus rationibus & argumentis mutauit uotū pro negatiua pro qua etiam ponens ſentiebat qui ſecundum eam pronunciauit.

Octauæ deciſ.de cau.poſſ.& proprie.Summarium.

Poſſesſio canonicatus apprehendi & tradi debet capitulariter alias non eſt canonica nec reſtituibilis niſi ſucceſſiue per patientiam canonicorum ante ſpolium iuſtificata fuerit.

Epithome.

1 Poſſesſio canon.& præben.capitulariter tradi debet alias non eſt canonica niſi aliud ſit de conſuetudine.

2 Poſſesſio præben.qualiter acquiratur.uide remisſiue.

3 Poſſesſio iuſtificatur per patientiam canonicorum & per ad actus canonicis tantum competentes factam admiſſionem.

Octaua deciſio.

VT legitima ſit poſſesſio canonicatus eccleſiæ cathedralis aut collegiate non ſufficit quod ſit tradita a canonicis qui ſunt de capitulo ut in.c.cū olim de
1 re iudi.& ibi doc.Sed requiritur † quod capitulariter tradita fuerit, & ita obſeruat palatium niſi aliud ſit de conſuetudine.ad hoc Inno.Ioā.an.& But.ib.c. in literis de reſtitu.
2 ſpo.ubi etiam tradunt qualiter † acquiratur præben. poſſesſio. & Rot. eo. titu. in no. xii. aliter nunquam habita non eſt conſiderabilis neque reſtituibilis niſi ſucceſsiue ex
3 patientia † canonicorum ad actus canonicales canonicis tantum competentes iuſtificata fuerit ſecundum Inno. in d.c.in literis.& in.c.ex parte col.ult.eo.tit.& Alex.iii.q.i. c.i.col.v.quæ iuſtificatio ſi agatur poſſeſſorio recuperande debet præcedere ſpolium ad.l.bonorum.ff.rem ra.habe.& But.in.c.cum ueniſſent in ſi.de reſti.ſpo.& Rot.eo. tit.in no.ix.ac Alex.& Imo.in.l. quod meo in prin. col.ii.ff. de acqui.poſ.& ita in una nouisſime coram domino Hugone de Spina de mēſe Martii.1522.fuit concluſum prout idem recolo in actis tentum.

Nonæ deciſ.de cau.poſſ.& proprie.Summarium.

Poſſeſſor beneficii non dicitur habere pacificam poſſesſionem ſi ſuper beneficio iudicialiter moleſtetur. Vel ſic ad hoc ut quis dicatur pacificus poſſeſſor non ſuffi-

cit de facto poſsidere, ſed requiritur ꝙ ſibi ſuper benefi-cio aut iure in eo lis non moueatur.

Epithome.

1 Pacificus poſſeſſor quis dicatur.
2 Poſſesſio pacifica reſpectu.c. de multa. & .c. licet canon quomodo intelligatur.
3 Lis ſuper beneficio an operetur circa poſſesſionem & eã afficiat.
4 Reſtitutio an competat intruſo contra formam.c.ii. ut lit. pen.lib.vi.ſi fuit ſpoliatus uigore executorialium.
5 Intruſio contra formam.d.c.ii.etiam ex cauſa permutatio-nis uel alias an uia attentatorum ſit reuocanda.
6 Cauſa ſimpliciter ſuper beneficio commiſſa ſuper petito-rio & poſſeſſorio cõmiſſa cenſetur, & in optione acto-ris eſt intentare quam malit.
7 Cauſa quando eſt ſimpliciter commiſſa admittitur quan-docunq; ſuſpenſio petitorii & termini ſemel tenti ſer-uiunt etiam in poſſeſſorio.
8 Cauſa ſuper moleſtationibus beneficii commiſſa includit etiam cauſam petitorii.
9 Rem ſiue beneficium pacifice poſsidere quis non dicitur ſi ſibi ſuper ea mouetur quæſtio iudicialis.
10 Lis ſuper poſſeſſorio intentata non facit proprietatem li-tigioſam.
11 Proprietas uel poſſesſio aut res ſeu actio etiam in mate-ria beneficiali quãdo cenſeatur litigioſa uide remisſiue.
12 Iudex datus ſimpliciter ſine aliqua dictione taxatiua ſeu excluſiua ſuper proprietate iuriſdictionem habet etiã in poſſeſſorio, quia petitorium habet in uentre poſſe-ſſorium, non autem econtra.
13 Cauſa appellationis a grauamine cum inciden. dependẽ. & connexis commiſſa includit negociũ principale etiã de eo mentione non habita.
14 Poſſesſio nec eius commodum tollitur per litem.

15 Quare Rota uariat in ſuis deciſionibus.
16 Stilus ex tempore recipit uarietatem in dubiis iuris.
17 Iuri ſcripto potius adherendum eſſet q̃ ſtilo Ro.cu.propter illius uarietatem.

Deciſio nona.

Rota in antiqs.iii.de cauſa poſ.& proprie. & in no. 1 iii.in additione de præben. uoluit ꝙ ſi quis ſit † in poſſeſsione beneficii licet ei moueatur lis ſup beneficio non ideo minus dicatur habere pacificam poſſeſſionem quaſi ſatis ſit de facto posſidere pro poſſeſsione pacifica,quanuis ſuper iure controuerſia ſuperuenit. allegat Inno.in.c.conſtitu.de appel.el.ii.qui idem tenet in.c. de multa.de præben.&.l.ſciendum.§.ſi fundū.qui ſatiſda. cogan.ac.l.intra.ff.de di.& tem.præſcrip.Sed hanc deciſionem meo tempore non memini obſeruatam quinimmo potius contra,& propterea uolui annotare, & reperio ꝙ eam ad terminos.d.c.de multa.Arguit Egi.deciſi. cccccxcvii.ut non ſit locus pene niſi ſecunda aſſecutio fuerit pacifica de facto & de iure, ideſt ſi non litigioſa ſecundum Archi.& Io.an.in.c.commiſſa de elect.in.vi. reiecta
2 † opinione Inno.Intelligendo tamen dummodo in limitibus legitime poſſeſsionis lis ſit mota quo caſu non uidetur pacifica ad glo.in.d.c.commiſſa.quod interpretatur ſi infra duos menſes lis ſuperueniat per ea quæ Lap.in.d.c. uoluit ut Rot.in dicta additione non ſi poſtea: quo uero ad faciendum ſe promoueri ad ſacros ordinis in tempore ſub pena priuationis ut in.d.c.cõmiſſa.&.c.licet canon. eo.ti.& lib.ſufficit habere pacificam poſſeſsionẽ & exercitium cure licet non habeatur maior pars bonorum, ſecus in aſſecutione ſecundi ut incurrat quis ipſo iure priuationem primi in quo ultra pacificam poſſeſsionem exercitii cure requiritur poſſeſsio omnium fructuum uel maioris partis.c.ſi tibi conceſſo.de præben.eo.tit.& glo. dicit ibi eſſe ſpeciale ne clerici mendicare cogantur ꝙ primum beneficium ſimile non uacet, ſed ne pereant animæ

promoueri tenetur.& ita Io.an.Domi.& Philip.Franch. in.d.c.commiſſa.& Rot.in.d.addi. firmant, & eo modo intelligunt.c.cum in cunctis.§.cum uero.de elec.pro hodierna obſeruantia etiam facit tex.in.c.ii. ut lit.penden. in
3 vi.ubi lis † ſuper beneficio & ſic ſuper iure operatur & circa poſſeſsionem & afficit eam taliter ꝙ non competit reſtitutio,ut Rot.in no.iii.in.ii.addi.de reſtit.ſpo. nec intru-
4 ſus contra.d.c.ii. agit ad reſtitutionem † contra eum qui obtinuit in poſſeſſorio & uigore executorialium ſpoliauit ipſum Rot.eo.ti.in antiq.xvii.& Biſignet.iiii. quinim-
5 mo intruſio † eſt uia attentatorum reuocanda Biſignet.ut lit.pen.i.Ita poſſeſsionis trãſlatio etiam ex cauſa permutationis uel alias lit. pen. in alium per reum facta Rot.iii. in no.&.iii.in antiq.eo.tit. Quod procedit etiam quando
6 † ſimpliciter committitur cauſa ſuper beneficio non expreſſo ꝙ ſuper titulo uel poſſeſſione aut utroqꝫ ut ſit cõmiſſa poſſeſsionis cauſa ar.l. ordinarii.C. de rei uendi. & c.paſtoralis de cauſa poſ.& proprie.& eſt tex.notabilis in c.i.de ſequeſtra.poſ.& fruc.ubi etiam glo.& Abb.dicens ꝙ eſt in optione actoris a qua cauſa incipiat, & ꝙ actore ingrediente poſſeſſorem reus eo inuito poteſt uti petitorio.Nam & petitorium ſicut abſorbet & trahit ad ſe, ita habet in uentre incluſum poſſeſſorium ut in.d.iuribus.& in.c.cum dilectus.cum materia de cauſa poſſ. & proprie.
7 Abb.in.c.i.ii.col.de ſequeſt.poſ.& fruc. & cauſa † ſimpliciter ſuper beneficio commiſſa admittitur ſuſpenſio petitorii prout in.d.c.paſtoralis,& tela ſimpliciter tenta ſeruit etiam in poſſeſſorio taliter ꝙ poſt ſuſpenſionem petitorii non eſt neceſſe ut ſeruetur denuo ut obſeruat palatiũ. Itẽ
8 commiſsio † cauſæ ſuper moleſtationibus beneficii abſqꝫ alia declaratione inducit etiam cauſam petitorii,quicquid ſuper ultimo cenſeatur Cal. conſi.vi.de reſcript.ꝙ in alia deciſ.declaro incipiente Palatium ſicut tenuit ſubti. de reſcript. Item quando agitur ſuper titulo beneficii dicitur agi ſuper quaſi dominio.c.ii.de dona.iuxta.c.ſi tibi abſenti de præben.in.vi.Lis autem ſuper dominio uel quaſi eſ-

ficit rem litigioſam auc.litigioſa.C.de litigi.Cy.& Bar.in l.ii.C.eo.ad idem.c.i.de confir.uti.uel iuuti.ubi non dici
9 tur quis rem pacifice † poſſidere ſi ſibi ſuper ea mouetur quæſtio.& hoc no.& ibi Abb.eſt etiã tex.in.c.ii.de renũ. ubi But.& Abb.notant ꝙ non uidetur quis beneficiũ pacifice poſſidere ſuper quo patitur controuerſiam iudicialẽ. Siue igitur agatur ſuper re uel iure,aut ſuper dominio ſeu quaſi poſſeſſio ſit litigioſa ſeu non pacifica.Nõ ꝙ contro
10 uerſia ſuper poſſeſſorio † faciat rem ipſam litigioſam ut in.d.auc.hoc eſt proprietatem,ſed bene poſſeſſionem ex quo agitur de dominio poſſeſſionis non de dominio rei ſecundũ But.Et Abb.in.d.c.i.& de quinta ſpecialiter in illa deciſione incipiente maiori pars dominorum & conferunt no.in alia incipiente palatium ſicut tenuit ſupra addu
11 cta.Sup quo quando proprietas † quãdo poſſeſſio quando res quando actio ſit litigioſa,& in materia ultima But. & Abb.in.d.c.i.uideatur glo.in.d.auc.& in.d.c.i. Et Bar. in.d.l.ii.Abb.in.c.eccleſia ſanctæ Mariæ ut lit. pend. Et in materia beneficiali etiam Inn.in.c.cũ.M.Ferrarien. de cõſti.c.ex parte de arbi.Bal.in.d.auc.Phil. Franch.in.d.c.ii. Mil.late in uerbo litigioſa res ſit. Rot.de.iii.in.d.addi.in no.ut lit.pen.& Oldr.conſi.ccxcix. allegans Inno.& Cõpoſt.in.d.c.cum. M. Ferrarien. Et prædicta ſeruiunt ad cle.unicam de ſequeſtr.poſſ.& fruct.& regulas de annali & triennali ac ſimiles diſpoſitiones requirentes pacificos poſſeſſores qui tales non ſunt ſi de iure uel de facto iudicialiter aut extraiudicialiter moleſtentur ſecundum Pau. de liaza.in cle.gratia de reſcript.& Rot.in.d. deciſi.iii. de
12 præben.in addi.Item iudex † datus ſuper proprietate habet etiam iuriſdictionem ſuper poſſeſſione qa commiſſa cauſa poſſeſſoria uel petitoria ſine dictione taxatiua tantũ aut ſimili uidetur utrunq; commiſſum ſecundum Rot.de ci.ix.in no.de cauſa poſſ.& proprie.licet communis opinio ſit in contrarium ut refert ſequẽdo eam Abb.in.d.c.i. de ſequeſ.poſ.& fruct.col.iii.per.l. ſi de proprietate.C. ſi a non compe. iudi. Cui tamen reſpondet ex dictis doct.

modis quatuor in.d.c.paſtoralis col.ii.quæ reſponſio-
nes faciunt pro deciſione Rotæ:quæ mihi placet ut in cō.
miſſione proprietatis abſq; dictione excluſiua ueniat poſ
ſeſſio pro quo glo.ii.in.d.c.paſtoralis & not.ſupra non
econtra per ea quæ habentur in allegata deciſione ma-
ior pars dominorum & ſentit collector in.d. deciſione
13 ix.Sub uerbis autem † cum incidentibus dependentibus
& connexis includitur principale negocium in cauſa ap-
pellationis a grauamine etiā de principali negocio men-
tione non habita ſecundum Egi. deci.619. dummodo ſit
eiuſdem naturæ iuxta deciſio.eiuſdem.328.redeundo ad
terminos dictæ deciſionis tertia de cau.poſſeſ.& proprie.
dico quod ad iura in contrarium adducta in dicta deciſio
ne .iii. ex præmiſſis patet reſponſum & non ob.§. ſi fun-
14 dum : quia lis † non tollit poſſeſſionem nec eius com-
modum.c.i.ut lit.pendenti. nimirum ſi poſſeſſio litigioſa
releuat ſicut pacifica ab onere ſatiſdandi nec in dicto.§.
ibi dicitur quod ſit pacifica.l.ſi intra non facit ad cauſam
loquens de ciuili interruptione ſecundum unam lectu-
ram , quæ interruptio non prodeſt omnibus de quo ui-
dendum per Bar.in.l.naturaliter.ff.de uſuca.& Abb.poſt
But.ponentem opiniones in.c.illud ulti.col.de præſcrip.
Nec mireris quod aliud ſenſerit tunc aliud nunc Rota
15 † ſentiat ita enim reperitur in pluribus deciſionibus tam
nouis quàm antiquis & procedit ex mutatione auditorū
uarie ſententium. Nam ut inquit Perſius ſatyra quinta uel
le ſuum cuiq; eſt nec uoto uiuitur uno cum tot ſint quan-
doque ſententiæ quot capita ſic ex uarietate temporum
ſtatuta uariantur humana . Nec id reprehenſibile.c. non
debet de conſan.& affi.& meo tempore in quibuſdam ar
ticulis iuris aliud uoluerunt domini quàm antiqui uſque
ad ea tempora indicaſſent prout in expectatiua in forma
pauperum quod non capiat canonicatum & præben. in
collegiata cum prærogatiua regulę ut in illa deciſione po
no incipiente dicebant maiores & ibi aliquid ad excuſan-
dum utrunq; iudicium ex quo contrarium reperiebatur
iudicatum

iudicatum & idem in unione inquit Mil.in uerbo unio fa
cta ex falſa cauſa,quod tunc noui auditores tenuerunt eã
nullam ipſo iure , & quod contrarium antiqui tenuerant
circa quod quid hodie obſeruetur uide cum diſtinctione
unionis apoſtolicę ab ordinaria deciſione incipiente unio
ex falſa cauſa . Et ſicut in iſta ita in qbuſdam aliis inuenies
annotatum & iſtud non ad detrahendum maioribus ſed
quia ſtilus ex tempore recipit uarietatem & in dubiis iu-
16 ris † quilibet cogitur ſequi ſuam intelligentiam etiam ſi er
raret in uotando ne alias edificet ad gehennam.c.per tuas
el.ii.de ſimo.ꝙ ſi errorem deponere non poteſt & ſit au-
ditor in ea cauſa remittat cauſam ad cancellariam iudican
dam ab alio qui ſentiet cum uotis maioris partis aut om
nium iuxta deciſionem.xiiii.de conceſ.præben.in no. Se-
cundum collectorem ibi in fine quia etiam in illo articulo
in quo iudex tenetur iudicare ſecundum allegata & pro-
bata non ſecũdum conſcientiam.l. illicitas.§.ueritas.ff.de
offi.præſi.& ibi Bar.de quo Abb.poſt glo.in.c.paſtoralis
.§.qa uero de offi.deleg.omnino laborare debet ut exo-
neretur & pati omne incommodũ ut alius non ipſe pro-
nũciet,ut ibi doct. Item ſæpe reuelatur paruulis quod oc
cultum fuit magnis & uni quod latet aliis quia etiam de-
tegitur hodie quod non fuerat cognitũ eſt ſingularis tex.
in.l.ii.§.Sed neq;.C.de uete.iur.enucleã.& magis ꝓ Mo-
dernis quam antiqoribus præſumitur iuxta illud Priſcia-
ni quanto iuniores tanto perſpicaciores glo.in.l.gallus in
prin.ff.de lib.& poſth.ex quibus excuſatur qđ dicit Hoſt.
in ſumma de reſtitu.in integ.ut refert Lap.allegatione.51.
poſt prin. uarium eſſe Romanæ cu. ſtilum & quod ideo
potius iuri ſcripto adherendũ ſit quàm conſuetudini Ro
17 manæ curiæ † ex eo quod eſt fragilis & incerta nunc al-
ba nunc nigra ac frequenter uaria,ſuis tamen temporibus
eſt ſequenda etiam extra curiam in caſu.§.fi.inſti. de ſatiſ-
da.& facit.c.cum non liceat de ma.& obe.

De reſtitutione ſpoliat.

Primæ deciſ.de reſtit.ſpolia.Summarium.

Agenti recuperande interdicto obſtat decretum reſeruationis regulæ Leonis reſeruantis beneficia in ſex menſibus uacatura.

Epithome.

1 Prouiſus ab ordinario in uno ex menſibus reſeruatis per regulaa cancellarie ſi ſpoliatur an debeat reſtitui.

2 Decretum Papæ irritans quando inficiat titulum & poſſeſſionem.

3 Decretum hominis ſic afficit ſicut iuris.

4 Reſtituitur prouiſus ab ordinario ſi ſpoliatur ab expectante habenti inhibitionem & decretum.

5 Statuta & extrauagantes licet poſt publicationem arctent non tamen nocent partibus niſi in iudicio ꝓducantur.

6 Reſtitutio impeditur quando notorie conſtat de non iure agentis in petitorio.

7 Poſſeſſores de iure citari debent.

8 Papa apponens manum prouidendo aut reſeruando inficit omnia in contrarium facta,& per eius decretum ligat etiam ignorantes.

9 Reſtitutio in beneficialibus non datur ſine titulo colorato ne detur uitioſus ingreſſus.

10 Poſſeſſio ſola nihil operatur ſi titulus eſt notorie nullus.

Prima Deciſio.

1 PRouiſus ab ordinario † an deberet reſtitui contra prouiſum a Papa de beneficio quod uacauerat in uno ex ſex mēſibus reſeruatis ꝑ regulas cancellarie.1518.primo coram domino Iacobo Simonetta:ſecūdo corā domino Paulo de capiſuchis fuit diſputatum & tandem maior pars domi‑

norum uoluit quod non. Primo quia decretum ne dum
2 inficit † titulum uerum etiam poſſeſſionem prout uidetur
eſſe de mente Rotæ deciſ.ii.de reſti.ſpoli.& de cau.poſſ.
& proprie.xi.&.xii.in anti.& Egi.342.&.536.ad quas de-
ciſiones unico uerbo reſpondebam quod debebant intel
ligi,prout loquitur tertia de reſtit.ſpoli.in no.quando ſu-
mus in ſpeciali reſeruatione de certo beneficio uel in ge-
nerali notoria.c.ii.de præben.in.vi.non in aliis puta colle
ctorum ſub collectorum capellanorũ &c. Nam cum de
hiis poſſet dubitari an eſſent ſeu fuiſſent tales,&ſic eorum
beneficia reſeruata inquit ibi collector,dicerem non obſta
re agenti poſſeſſorio.ar.not.p Inn.in.c.conſtitutus de fil.
præsby.hæc autem de qua agitur ſiue diceretur generalis
non eſſet notoria ſiue ſpecialis non eſſet de certo benefi-
cio igitur &c.Sed maior pars ſuppoſuit non eſſe differen
tiam inter decretum de certo & de incerto, in hoc ſeu
3 quod ita afficit decretum † hominis ſicut iuris ut econtra
rio equiparando ponderat Rot.de reſt.ſpo.in antiq.xvii.
allegando.l.ſi libertus.ff. de iure patro. ad hoc facit quia
Can.mitius agit quàm iuris miniſter, dicit glo.in.c.apo-
ſtolice de excep.& iudex eſt lex animata quæ durius agit
q̃ inanimata not. glo.in.c.dilectus ſecundo de præben.l.
celſus cum ibi not.ff.de arbi. decretum uero legis inficit
d.c.ii.&.c.i.&.ii.ut lite penden.in.vi.& Rot.de reſtit.ſpo.
vii.in antiq.ergo & principis quæ eſt lex animata: tamen
non uidetur quod decretum ſuper incerto ita aſtringat.c.
i.uer.ſub incertum de conce. præben. in.vi.cle.i.ſecundo
reſponſo eo.tit.quanuis in.§.ſecus propter appoſitionem
temporis ligentur omnium manus ne ualide prouideant
item in expectatiuis habentibus inhibitionem & decre-
4 tum non cauſatur talis infectio quin expectans † tenea-
tur ad reſtitutionem pro uiſo ab ordinario ſpoliato ut in-
dies practicatur.Quidam dicebant ad hoc quod expecta-
tiua non eſt ſuper certo ſed eadem conſideratione nec re-
gula reſeruans beneficia certis menſibus uacatura & ſi-
cut requiritur probatio extrinſeca quod collector fue-

rit aliquis tempore quo habuerit beneficium, ita in propoſito quod conſtet beneficia uacaſſe tempore expreſſo in regula, ergo idem iudiciū.l.illud.ff.ad.l.aquil. Nec obſtat etiam in reſeruatione.d.c.ii.eſt neceſſe probari quod uacauerit in curia, nam ibi ex quo eſt in corpore iuris notoria id operatur notorietas facta probatione, non ſic in decreto hominis in quo non eſt tanta nec par ratio ſed longe inferior cum non ſit ita patens nec tam notorium iura enim ab omnibus ſciri debent.l.leges.C. de legibus
5 unde habentur pro notoriis.ſtatuta † autem & ſi poſt publicationem arctent non tamen ſunt ita notisſima nec de eis curant iudices nec partibus nocent niſi in iudicio producantur ſicut nec extrauagan.c. paſtoralis cum materia de fi.inſtr.Bart.in.l.cum prolatis.ff.de re iudi.Abb.& Fely.in.c.i.eo.tit.nam in caſu iſto poterat etiam dubitari an eſſent conceſſe expectatiue quia regula reſeruabat uſq; ad generalem expeditionem expectatiuarum ſed ſi quando
6 notorie conſtat † de non iure agentis in petitorio impeditur reſtitutio.c.ad decimas de reſti.ſpolia.in.vi.no. Inno. in.d.c.cōſtitutus per Spec.in tit.de peti.& poſ.§.i.quia ſupradictum eſt ex productione regulæ & probatione uacationis in tempore conſtare de non iure in petitorio & procederet concluſio maioris partis. Verum quia domini dixerant Rotā hoc nō obſeruare in hís terminis quod. no.quia contrarium dicit deciſio ſecunda de reſtitu. ſpolia.in antiq. Sed poteſt dici quod eo caſu quo infecta eſſet poſſesſio, & ſic non daretur reſtitutio in ſpolio conſideretur non ius.non quando daretur reſtitutio etiam ſi alias de non iure conſtaret ex cauſa quæ non diſcolorat poſſeſſionem, & quod hodie ita practicetur quicquid alias fuerit tentum & tunc adhuc dubia eſt concluſio præſertim quia per eam paraturuia ad ſpolia. Et ſi poſſeſſores citarentur forſan aliquid releuans exciperent, ideo ius uoluit
7 citari † poſſeſſores & quod nullus propria auct. ius ſibi dicat.l.meminerint.C.unde vi.c.licet epiſcopus de præben.in.vi.&.C.ne quis in cauſa ius ſi.di.in rub.& nigro ſa.

cit tamen pro concluſione.c.ſi eo tempore de elect.in.vi. ubi decretum irritans afficit omnia quæ ſequuntur poſt ipſum ut effectum careant & iuris fomentum non habeant, ergo & poſſesſionem. cui dici poteſt quod loquatur in diuerſo caſu & non ſit generale iſtud patet in decreto expectatiuarum,ut eſt dictum,idem in decreto reſeruationū per literas Papæ reſeruantes beneficia uſqꝫ ad certum ualorem & Aret.in.l.naturaliter.§.nihil commune.ff. de acqui.poſ.pe.col.reſpondet quòd.d.c. intelligatur de hiis quæ ſequuntur,ita ad electionem ut electio quæ præcedebat decretum, & ſic ualebat ſine ea eſſe non poſſet prout eſt confirmatio & translatio iuris in illo beneficio in quo non poteſt quæri ius ſine inſtitutione canonica regula prima de reg.iur.in.vi. poſſesſio uero bene poteſt haberi ſine illo iure.c.in literis.c.Item cum quis de reſtitu.ſpol. & in dicto loco Are.impugnat dictam deciſionem.iii.in no. de reſti.ſpol.quam tamen defendit Soci.ab impugnationibus Aret.in.l.rem quæ nobis.ix.q.principali.ff. de acq. poſ.ad doctrinam Inn.& aliorum in.c.ut noſtrum de appella.in.c.inter dilectos de exceſ.præla.ꝙ appoſitio † manus Papæ ex certa ſcientia inficit omnia quæ in contrariū fuerint, & ꝙ decretum ligat etiam ignorantes. Videtur ex prædictis reſponſum non procedere generaliter in omni decreto in caſu ſpolii, conſiderabat etiam pro concluſione unus ex dominis ꝙ in beneficialibus reſtitutio † non datur abſqꝫ tit.colorato ſecundum Inn.in.d.c.in literis ne detur uitioſus ingreſſus.c.unico de eo q mitti.in poſ. cauſa rei ſer.in.vi.& cum titulus † ſit notorie nullus ſola poſſesſio non operatur pro quo facit quod Bal.in.l.i.C.ſi de momen.poſ.fue.app.ii.col.quòd in poſſeſſorio beneficii oportet allegari titulus,& idē ſi allegatur poſſesſio iuriſdictionis quia iuris adminiculum deſiderat, ideo mixtum eſt poſſeſſorium. Sed ſupra dictum eſt Rotam nō ſeruare quando notorie conſtat de non iure in proprietate. Item ſufficit titulus coloratus licet alias nullus qui quando ſit talis uel non tradit Abb. poſt alios in.c. cū noſtris de con

ce.præben.ult.col.Item non diceretur cõſtare notorie ex productione regulæ ſi uera ſunt motiua Are.in.d.§.nihil commune ſuper quo notorio,quoniam ampla eſt materia uideatur Bar.in.l.ſcriptus.ff.de reli.& ſumpti.fune. & c.ueſtra.& ibi Abb.de cohab.cle.& mu.ad regulas de beneficiis collectorũ &c.fuit dictum pro concluſione ꝙ nõ habent decretũ ſicut habet regula de qua in themate propterea non inficiũt.Audiui tamen a domino Thoma Regis quod in literis prouiſionis beneficiorum collectorum dicitur dudum beneficia collectorum reſeruauimus decernentes irritum &c.in forma ſicut quando prouidetur de uacan.in curia quaſi habeat regula tale decretum pro quo facit quia poſt regulas reſeruantes beneficia plurimorum ponitur in ultima clauſula decreti quæ uidetur reſpicere omnes præcedentes ad.l.iii.§.i.ff.de libe.& poſthu. ut dicamus quod omnes regulæ habeantur pro una lege loquente de reſeruatione beneficiorum & quælibet regula reputetur unus.§.cogita quia quatuor domini contra concluſionem ſenſerunt & eſt dubius paſſus.

Secundæ deciſ.de reſtitu.ſpoli.Summarium.

Decretum ſuper certo corpore beneficii inficit poſſeſſionem & in regreſſu & acceſſu ac coadiutoria cum futura ſucceſſione.ſecus in decreto alternatiue conceſſe ordinario & hoc in decreto beneficii uacaturi non in prouiſione uacantis.

Epithome.

1 Decretum Papæ appoſitum in reſeruatione ſpeciali ſuper certo corpore beneficii inficit titulum & poſſeſſionem nec datur reſtitutio aduerſus decretum.

2 Eadem ratio militat in literis acceſſus & regreſſus ac coadiutorie cum futura ſucceſſione quæ in reſeruatione ſpeciali.

3 Decretum Papæ in alternatim conceſſa epiſcopo appoſi tum quare non inficiat ſicut in reſeruatione.
4 Alternatiua in beneficialibus quid ſit.
5 Inhibitio apponitur in reſeruatione ad uacatura in ſimul cum decreto non in uacanti.
6 Decretum habet implicitam inhibitionem & inhibitio decretum.
7 Decretum & inhibitio equiparantur in iure.
8 Prouiſio dicitur eſſe magis notoria quàm reſeruatio.

Secunda deciſio.

1 Deciſio tertia in no.de reſti.ſpo.de qua in proxima concluſione ꝙ quando ſumus † in ſpeciali reſeruatione de certo corpore beneficii uacaturi ut decretum appoſitũ in ea inficiat etiam poſſesſionem & non ſit reſtituibilis procedit etiam in literis acceſſus & regreſ-
2 ſus † ac coadiutorie quæ ſolet concedi cum futura ſucceſſione ꝗa de iure non ita dabatur patet eo.ti.de cler.egro. &.c.grandi de ſupplen.negli.præla.in.vi.prout in duabus cauſis coram domino Marti. de Spinoſa fuit concluſum quia militant in eis rationes quæ in reſeruatione ſed con-
3 trarium fuit dictum in decreto † alternatiue conceſſe epiſcopo in una corã domino Paulo de capiſuchis de mẽſe Maii.1521.ea conſideratione quia eſt ſuper incerto & nõ notorio ſicut decretũ in corpore iuris & regularũ quæ pu
4 blicantur in cancellaria.Item ꝗa † alternatiua non eſt prouiſio de aliquo beneficio ſed facultas prouidendi cum remotione obſtaculorum,licet ex aduerſo faciat ꝙ ita alternatiue habet decretũ cũ inhibitione in ſex menſibus ſicut regula de qua in proxima concluſione.Item quod nec dicta regula prouidet,ſed inhibet, & decernit & ſimul cũ alternatiua eſt conſideranda regula quod epiſcopus nõ poteſt uti alternatiua ſi prius uſus fuerit regula de quatuor mẽſibus ergo ſi uſus non fuerit irritũ eſt ꝙ fit ab alio ẽt ſi epiſcopus nõ ꝓuideat in illis ſex mẽſibus, ut inqt Fely.c.

cum ex offi.de reſcrip.ult.col.Sed ad dictum Fely.fuit reſponſum quod procedit ut operetur decretum reſpectu proprietatis non poſſeſſionis regula uero non fuit conſiderata ex quo inhibet & decernit nullum uſum quatuor menſium poſt uſum alternatiue & econtra quæ ad ordinarium habentem alternatiuam.Et intellige in decreto beneficii uacaturi non in decreto ꝙ apponitur in ꝓuiſione beneficii uacantis q̄a iſtud non inficit poſſeſſionem. Et cum huius dicti peteret rationem unus ex dominis q̄dam dice
5 bant hoc eſſe propter inhibitionē † quæ ponitur in reſeruatione ad uacaturū ſimul cum decreto quæ non apponitur in prouiſione de uacanti pro qua differentia facit quia in.c.Si eo tempore de elect.in.vi.dicitur ꝙ Papa inhibuerat & decreuerat irritum &c.Sed non uidetur concludere quoniam iura & doct.decretum irritans ponderant ad infectionem abſq; eo ꝙ uelint inhibitionē cum decreto eſſe neceſſariam.De decreto cū inhibitione eſt etiam tex.in d.c.ſi hii contra quos lit. penden.in.vi. de inhibitione ſi
6 ne decreto in.l.non dubium.C.de legi. decretum † enim habet implicitam inhibitionem & inhibitio implicitū decretum cum ſufficiat legislatorem aliquid inhibuiſſe uel irritum decreuiſſe abſque inhibitione expreſſa,ut in.d.iuribus ad hoc quia in terminis cle.unice in.§.ſecus de cōce. præben.ſufficit ſola reſeruatio & acceptatio tempore limitata cum decreto nec eſt neceſſaria inhibitio cum ſolū ſit neceſſaria quando in iure exprimitur.c. tibi qui. de re
7 ſcrip.in.vi.alias decretum † & inhibitio executoris equiparātur ut in.c.ſi ſoli de cōce.præbē.eo.lib.ita dicit Imo. poſt glo.in.d.cle.col.vi.Alii conſiderabant ꝙ reſeruatio eſt de iure uacaturo.Et quod poſt uacationem apprehenditur poſſeſſio, & ſic decretum eſt ante uacationem prouiſio uero eſt de iure uacaturi quæ non ita afficit.Sed hoc non eſt generale, nam reſpectu poſſeſſionis quæ apprehenderetur poſt diem prouiſionis de uacanti ita deberet operari decretum in uacanti, ſicut in uacaturo, & tamen non operatur. Et reperio quod Rota. Biſignet.in antiq.

1 quandocunqꝫ fiat ſecundũ poſſibilitatẽ † exequatur alias ſequeretur ꝙ ſi decretũ fieret in fine audientiarũ de menſe Iunii ſeu in principio Iulii non poſſet exequi tempore feriarum & cogeretur pars expectare ꝑ tres menſes uel habere aliam commiſſionem quod poſſet exequi &c. Item ſi fieret in fine feriarum generalium non poſſet exequi tẽpore audientiarum & oporteret expectare aliquod tempus uacantiarum quod non eſt admittendum, quia differerentur lites quę debent quanto citius terminari.l.properandum.C.de iudi.c.finem litibus de do.& contu.& propterea non inſpecto tempore decreti fiunt paſſim executiones quandocunqꝫ prout tẽpora patiuntur & ſtilus ha
2 bet rationem.c.q̃ graui de cri. fal. Executio † enim citationis ſiue ad perſonam ſiue ad domum facti eſt & die feriato exequi poteſt cum non fiat per iudicem nec cum cauſæ cognitione ſed per nuncium uel literas, unde citatio poteſt decerni uel exequi tempore feriato ob neceſſitatẽ hominum & exequi per edictum. Inquit Rot. deciſ.i. in no.de feri.& ibi habetur ꝙ unus locus ſuccedit loco alterius, prout dicitur de maiori eccleſia loco audientiæ.

Sextæ deciſ.de do.& contu.Summarium.

Citatio per edictum uigore commiſſionis ꝙ poſſit fieri in locis uicinioribus dominii regis in cuius terris citan-

dus degit, intelligitur uicinioribus loco ubi citandus habitat nō de remotioribus minus de remotiſſimis in quibus facta non arctat.

Epithome.

1 Vicina loca quo ad effectum exequendi citationem per edictum quæ intelligantur.
2 Verba ſequentia declarant præcedentia, & e conuerſo.
3 Citatio cum termino nimis breue non arctat citatum etiā poſt terminum.

Sexta deciſio.

PRæſentata erat cōmisſio.d.Paulo de Capiſuchis. 1514. ꝙ procederetur per edictū ad inſtantiam.V. contra magiſtrum Martinum Garſiam inquiſitorē hæreticæ prauitatis in regno Aragoniæ, & ꝙ citatio propter non tutum acceſſum fieri posſit in terris uicinioribus dominiis catholici Ferdinandi regis &c.fuerat executa in Terracinen.& alia eccleſia uicina ipſi Terracinē, uolebant tres domini ꝙ ualeret ex quo ſeruata erat forma commiſſionis ad literā.Sed dixi non ualere quia licet Terracinen. & alia eccleſia eſſent uiciniores Regno Siciliæ ſubiecto
1 præfato regi, tamen debebat ſanè intelligi † de uicinitate terrarum regno Aragoniæ in quo citandus moram faciebat, & ſic debuit fieri in terris regis Franciæ uicinis dicto regno. & hoc indicant uerba locorum uicinorum, ſeu ſi diceretur in locis circūuicinis.ſ.illi patriæ in qua citādus habet domicilium, quia in omnibus ſubiungitur ꝙ ſit ueriſimile ut de facili ad notitiam ꝑuenire ualeat.In propoſito autem eſt quaſi imposſibile ꝙ unquam aut ſaltem ꝙ infra.xl.dies ad notitiam ueniat cū diſtet regnum Aragoniæ a Terracina per octingenta milliaria uel circa ſi nō per plura, & a lege dentur uicina millia paſſuum pro.d.l.i.ff. ſi quis cau.eſſet enim abſonum dicere Papam ita intellexiſſe contra.l.nam abſurdū.ff.de bo.liber.l.fi.C.de uſur.

rei iudi. Item loca non ſunt uiciniora nec quidem uicina immo remotisſima ab habitatione citādi. Itaq; uerba nō uerificantur, quæ omnia ſimul coniungi debent, cum ſe-
2 quentia declarentur † p præcedētia, & econtra. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. i. finis nanq; principis eſt quod de facili posſit ſcire citādus ne ignorantiā aliquā quomodo libet allegare ualeat, quā in hoc caſu plus probabiliter & iuſte prætēderet, immo ad imposſibile teneretur cōtra. l. fi. quæ ſen. ſi. app. reſcin. & l. imposſibiliū de regu. iur. ff. & iiii. di. c. erit autem. Sic etenim potuiſſet fieri in terris regis Burgie ex quo in eis Ferdinādus rex habet dominiū unius ciuitatis quod eſſet abſurdisſimū, & etiā in aliis terris infideliū aut fideliū uicinis pluribus inſulis & terris firmis ſubiectis eidē regi, unde accipiūtur omnia ciuiliter & cōmode data facilitate notitiæ & cōmoda posſibilitate. l. nepos proculo. ff. de uerb. ſig. Ad hoc optime facit q; ci-
3 tatio † quæ habet terminū ita breuē q; imposſibile eſt cōparere in termino non arctat citatū etiā poſt terminū quoniam fuit temeraria. l. autē qui aliter. ff. quod vi aut clā. & ibi Bar. & Abb. in. c. dilecti de dol. & contu. vii. col. quod procedit ſiue ſit iuris uel facti imposſibilitas. dicit Frā. de Aret. in. l. ſi mihi & tibi. §. ſi qs ſeruos in fi. ff. de lega. i. & uideatur etiā Spec. in ti. de citatione. §. i. uer. Item q; facta eſt. & ita in una Cathanien. legitimationis corā. d. Barth. de Petra ſancta. 1519. tenuit Rota nō ualuiſſe citationem executam in Terracinen. & ut ſupra cum termino. xv. dierū ad comparendū contra eum qui erat in inſula Siciliæ, & maior pars cōcluſit citationem non arctaſſe dictū Martinum Garſiam, quæ concluſio locum habet ſiue commisſio dicat ut ſupra ſiue nihil tale, ſed ſolum q; per edictum &c. ut exequi debeat in locis, ut ſuperius eſt dictum.

Septimæ deciſ. de do. & contu. Summarium.

Lis dicitur calumnioſa ſi obtinens hodie decretum citationis exequatur in partibus eam etiam per procurato-

rem poſt ſex octo aut plures menſes contra poſſeſſorem beneficii egrotantem pauloante quàm citatus moriatur & de aliquo iure non docet,& talis lis ordinariũ in prouiſione non impedit.

Epithome.

1 Lis iniuſte mota non inducit uitium litigioſi.
2 Calũnia apertisſima eſt ſine aliquo iure lité introducere.
3 Opinio uehemens habetur pro certitudine.
4 Ex pluribus coniecturis reſultat plena probatio.
5 Probabilis litigandi cauſa an excuſet a condẽnatione expenſarum.
6 Confidens de iure ſuo non debet illud temere deſerere.
7 Dolus licet cõſiſtat in animo tamẽ detegitur p̱ exteriora.
8 Probatio præſumpta ſufficit ubi clara & liquida haberi nõ poteſt.

Septima deciſio.

Concluſit Rota in una Aſtoricen. parrochialis de aguilar duobus ſolum dubitantibus.1520.de menſe Martii ꝙ ualuit prouiſio ordinari non obſtãte citatione executa contra febricitantẽ triduo priuſqnã decederet prout contigerat, q̃a licet ſtante lite bona prouiſio ordinarii nõ ualeat.c.i.&.ii.ut lit.pen.in.vi. Tamẽ quãdo
1 habetur pro calũnioſa non impedit † ordinariũ nec inducit uitiũ litigioſi,& quando mouetur lis iniuſta malitioſe tale uitiũ non inducit ſecundũ Biſignet.deciſ.ii.de re.permu.allegat in articulo no.in.l.i.§.i.ff.de liti.habuerũt aũt domini pro calũnia ꝙ hominẽ morti proximum quis citari fecerit ut ſurrogari poſſet,& ꝙ de nullo iure oſtendat aut omnino inualido. nã prout erat in facto fuerat annus, aut circa a die impetrate cõmisſionis uſq; ad diem executionis citationis. Idem ſi poſt ſemeſtre facta fuiſſet ut ſupra,quoniam conſtaret de expectatione & dilatione executionis uſq; ad tempus periculi & infirmitatis ut præſumatur malitioſe conceptum quo caſu ſuccedit quod in-

quit Phil.Franch.in.d.c.i.poſt prin.ut non procedat tex. ibi quando lis in fraudem mota eſſet.& Inno.in.c.de cætero de cle.nõ reſiden.loquens de clerico procurante ire ad ſeruitia domini ut fructus percipiat,ac But.in.c.ſignificante de pigno.& Barbat.plura cumulãs de cauſa procurata conſi.lvii.cum ſe.in prima parte conſiliorum. Et pro concluſione eſt text. quem ponderaui in.l.dolum.iuncta glo.C.de dolo.& in.c.ii.de renun.in.vi.ubi unicum indiciũ ſufficit ad coniecturã doli & fraudis ut dixi per quod reſpõdi ꝙ quãuis gl.fi.in.d.c.i.in qua duo domini ſe fundabant uelit ꝙ etſi appareat ſuperſtiti ius nõ competere, non propterea cõualeſcit electio.ex quo ſine aliquo iure lis moueri poteſt quæ qualiter procedat declarant ibidẽ Lap.Domi.& Phil. Franch. qui uideantur propter dicta per Biſignet.ubi ſupra.nihilominus quia ultra id quod de iure non oſtendebatur concurrebat præſumpta calumnia
2 ſatis erat & apertiſſima eſt † etiam calũnia abſq; aliquo iure litem introducere,ſicut uidemus hac tempeſtate a quibuſdam ſine fundamento iuris moueri lites,& ſunt iſti plures ꝙ expediret,unde iã ſimilia clamores prouocãt. Ideo iura in materia loquentia ſunt applicanda ad iſtud magis præſumendum cum deſeruiant tempori.c.ſi. de tranſac. xxix.di.c.ſi.Sic enim duo poſſent inter ſe litem fingere ut ius tertii impedirent.l.i.ff.de litig.& dicit Io. an.in.c.non ſolum ul.col.de appel.in.vi.Ita & magis ac facilius unus ut noceat ordinario ac ſibi putet prodeſſe uia ſurrogationis aut alia , & euentus mortis citati hic cum ſurrogatione quam ſine alio titulo petebat qui litem mouerat canonizari cauſant uehementẽ coniecturam calũniæ ac malæ cõſcientiæ.Sicut ait glo.in.l.ſi quis extraneus.§.ſi.ff.de acq.hęre.in caſu fortiori in quo ſecundũ Anch.cõſi.cliiii. præcedens & uehemens opinio ſeu ueriſimilis cõcurrẽs cum ueritate quæ poſtea ſequitur facit ipſam uehementẽ
3 † opinionem haberi pro certitudine. Et in hoc dicto inqt Iaſ.in.l.certum.ii.col.ff.ſi cer.pe. ꝙ Anch.habuit aliquid ultra hominẽ,& pro euentu etiam conſiderando eſt tex.

in auc.de nup.§.quia uero in fi.col.iiii.quis autem in caſu iſto non opinetur calũniam & non credat ac habeat pro certo litẽ malitioſam ſtante non iure actoris citatione exe cuta cõtra mortis proximũ qui poſt paucos dies obiit & ſecuta ſurrogatione, certæ nullus quia ex tot coniecturis
4 † reſultat una plena probatio calũniæ,ut in ſimili no.glo. in.l.ii.§.etas.ff.de excu.tuto.l.inſtrumenta.C.de proba.in c.fi.in uerbo teſtis de ſucceſſ.ab inteſta.in.c.cũ cauſam.& ibi etiã Abb.de proba.ꝙ ſingula quæ non ſufficerent col lecta probant ſancta ergo fuit concluſio & adiuuanda ad præcludendam uiã malitiis.l.ii.de indi.uidui.tollen.l.me minerint.C.unde vi.Nec citatus arctabatur ad comparen dũ.l.quæſitũ.ff.de re iudi.immo ſi iudex ſciuiſſet impedi- mentũ ſententia fuiſſet nulla ſi ignoraſſet ualuiſſet,ſed da- retur reſtitutio inquit ibi Bar.& Abb.in.c.quærelã de pro cur.ult.no.neq; excludebat calũniam ſi fuiſſet uerũ ut di- cebatur qđ obierat citatus morbo peſtis cõtagioſo quaſi non ſit credendũ ꝙ pro omnibus mundi beneficiis aude ret quis ire ad citandum, quia quod laboraſſet ea egritu- dine potuit ignoraſſe procurator.Item non ipſe ſolus ſed notarius & teſtes ad actum citationis acceſſerunt. Præte- rea ſufficit legere & citare a remotis & tanta diſtantia qua citatus audiat & intelligat uel dicamus ꝙ ſitientes calum nioſe beneficia hæc & maiora tentant maxime quia pro- pter breuem moram cum aliqua diſtantia non timent in- ſici, ſed bene excluderet calumniam ſi ante motam litem oſtenderet de aliquo iure non procurato malitioſe ad ef- fectum ſurrogationis aut tribulãdi poſſeſſorem prout ex liuore auaritiæ aut ambitione faciunt quidam præcipue contra ſenes aut ualitudinarios & cum uitę diſcrimine co gantur uenire ad curiam,uel cũ eis componere redimen do lites,& uexationes prout experientia docet,ſed quod eſſet aliquantulum dubitabile licet non bonum de quo in
5 telligat gl.in.d.c.i.& de tali dicitur ꝙ probabilis† litigãdi cauſa excuſat a condemnatione expenſarũ ut no.glo. in.c.finem litibus de do.& contu.in no.nam ſicut diffidẽs

de iure ſuo debet dimittere rem quam tenet.c.bone.ii.de
6 poſtu.præla.iuncta glo.ita confidens † de eo uel omnino
non deſperans non debet illud temere deſerere nec relin
quere indiſcuſſum.l.illud.ff.de peti.hære. & tunc lis eſſet
impedimento ordinario & non obſtaret executio citatio
nis facta, ut ſupra ex quo credulitas talis qualis iuris ex-
cuſaret calumniam ſi aliunde non induceretur in quo pe-
ritus iudex ex facie detecti iuris, & aliarum cōiecturarum
informabit animi ſui motum ad præſumendum uel non
7 calumniam cum dolus † conſiſtat in animo & detegatur
per exteriora.d.l.dolum &.d.c.cū ibi.nota. quoniam ip-
ſe magis hoc ſcire poterit.l.teſtium uſque ad.§.item di-
uus Hadrianus.ff.de teſt.c.in præſentia de renunci.c.con
8 ſtitutus in ſi.de fideiuſ.& in his in quibus non poteſt † ha-
beri clara ſeu liquida probatio ſufficit quod iudex ex ue-
hementi opinione inducatur.l. non omnes.§. a barbaris
.ff.de re milita. Bart.in.l.illa prima in fi.ff.de uerbo.obli-
ga.& ratione difficilis probationis eſt ſufficiens præſum-
pta probatio ſecundum Bald.in auct. quas actiones ulti.
col.C.de ſacroſanct.eccle.& lex eſt contenta inditiis & ar
gumentis ſecundum eundem in.l.ſi quis in hoc genus de
ſacroſan.eccle.& in.l.quicunque col.penul.alias ult.C.de
ſer.fugi.

Vt lite pendente.

Primæ deciſ.de ut lite penden.Summarium.

Surrogatus gratioſe in ius & litem petitoris ſuſtinet ue
ram litem & impedit prouiſionem ordinarii etiam ſi po-
ſtea moriatur poſſeſſor uel abſoluatur citatis tantum in-
tereſſe putantibus dato quod de ſurrogatione iudici non
conſtiterit ſuppoſita ignorantia ſurrogati ſecus in eo qui
eſt mādatus ſurrogari antequam ſit admiſſus a iudice uel
ſic quod abſtinendam litem ex perſona ſurrogari differūt
ſurrogatio,& mandatum de ſurrogando.

Epithome.

1 Surrogatio gratioſa quæ ſit.
2 Lis dicitur durare in perſonam gratioſe ſurrogati.
3 Surrogatio gratioſe conceſſa admitit ſurrogatum in locum defuncti ſine miniſterio iudicis.
4 Lis ita dicitur pendere per admisſionem ſicut quando citatio eſt legitime executa.
5 Lis prius uiuere in perſonam illius qui ſurrogari mandatur non dicitur q̃ per iudicem ſit facta admisſio.
6 Prouiſio ita differt a mandato de prouidendo ſicut uenditio a promisſione de uendendo.

Prima Deciſio.

ALex.de lecanus in caſu deciſionis incipiente dubitaui in cauſa Tauriẽ.ſub ti.de re iudi.quia fuerat ſurrogatus in ius ad litem Latini ante latā ſententiā per.d. Martinū de Spinoſa & ſurrogatio erat gratioſa ꝑ uerbū ſurroga-
1 mus † non mandatū de ſurrogãdo ꝑ uerbū ſurrogari mãdamus ſurroges uel ſimilia. uoluere domini quod mortuo poſtea Antonio panis,patronus non potuerit præſentare nec ordina-
2 rius inſtituere cum lis ſuſtineretur † & uiueret in perſonā ſurrogati gratioſe ſicut duraret uiuente eo in cuius locū eſt facta ſurrogatio.c.i.&.ii.ut lite penden.in.vi. & cle.i.eo.tit.ſapit etenium naturam eius in cuius locum ſurrogatur.l. ſi cum.§. qui iniuriarum ſi quis cauti.l. ſi ſtipulatus.ff. de uſur. &.c.eccleſia ſanctæ Mariæ ut lite penden.
3 Papa † nanq; ſurrogando gratioſe admittit ſurrogatū & ponit in locum defuncti abſque eo quod ſit neceſſe aliquo miniſterio & perinde eſt ac ſi fuiſſet a iudice admiſſus,cum non ſit minor poteſtas Papæ q̃ iudicis in hoc.&
4 ita † inducit pendentiam litis ſola admisſio ſicut ſola citatio legitime executa dicit Egid. deciſ.545.& Fely.in.c.

cum ſuper col.ult.de re iudi.ſecus in mandato de ſurro-
5 gando in quo ut habens. † Illud dicatur eſſe in cauſa &
ex eius perſona lis uiuat requiritur admisſio iudicis, ꝓut
in ſimili in reſtitutione aduerſus rem iudicatam rigoroſa
prout de iure reſtitutus non dicitur eſſe in lite nec res liti-
gioſa donec inducat eius uigore litem coram iudice ut ſę
pius eſt tentum licet pendente lite an debeat reſtitui nihil
poſſet innouari & attemptata ueniunt reuocanda Ro.de
appel.in no.51.quæ eſt in obſeruantia non.lxii.illi contra
ria eo.ti.pro iſta differentia facit quod dicit Egi.deci.609.
6 ubi ad propoſitum uult aliud eſſe † prouiſionem aliud de
prouidendo mandatum ſicut aliud eſt uendere aliud pa-
ctum ſeu promisſio de uendendo inquit Iaſ.poſt alios.l.
in bonafidei.ff.de eo quod cer.lo.Et uide quando tertius
ſurrogatur quid iuris in deciſ.x.ut lite pend.in no.an poſ-
ſit agi ſuper attemptatis &c. Verum quia ſententia tranſi-
uerat in rem iudicatam, ſi Alex. de lite ſciuiſſet potuiſſet
etiam ei nocere ad.l.ſæpe.& ibi Moderni.ff. de re iudi.&
c.quanuis eo.ti.ac.l.Caius.ff.de pig.acti. cũ materia &.c.
ex literis cũ ibidem no.& per docto.de tranſacti. de quo
ſtatim uideas.

Secundæ deciſ.ut lite pen.Summarium.

Surrogatio motu proprio uel ad inſtãtiam euentualis
non inducit nec probat ſcientiam litis in ſurrogato.

Epithome.

1 Surrogatio in lite facit præſumptionem notitiæ litis in ſur
rogato.
2 Surrogatio in lite motu proprio facta non arguit ſcientiã
litis in ſurrogato.
3 Surrogatio in euentum litis appoſita in prouiſione ad ſup
plicationem illius qui ſurrogatur non infert notitiam li
tis in eo niſi aliunde probaretur.

Secunda deciſio.

SVrrogatus fuerat in ius & litem Latini de beneſſays Alexander de lecanis antequam dominus Marti. de Spinoſa ferret ſententiam abſolutoriam in fauorem Antonii panis ut patet in caſu deciſionis incipientis dubitaui in cauſa Caurinen. ſub ti. de re iudi. Et quia idẽ Alexander non uenerat ad cauſam nec appellauerat a ſenten
1 tia infra decennium dicebatur litem † extinctam fuiſſe etiã quo ad eum ex quo ſurrogatio fundata in lite arguit ſcientiam litis prædicte unde eſt ei imputandum ad allegata iura & no. per Abb. & Fely. in. c. cum ſuper de re iudi. Sed
2 quia † erat motu proprio ceſſauit motiuũ ſtante ꝑ Alex. regula. l. uerius. ff. de proba. & c. præſumitur de regu. iur. in. vi. idem ſi fuiſſet ad eius inſtantiam ex quo poſt prouiſ
3 ſionem Papa in euentum litis † ſurrogabat. Ita quod ex gratia, ſcientia non inferebatur, niſi aliunde probaretur cũ de lite diceretur euentualiter non aſſertiue, ex quo colli ge cautelam tu Curialis ut nec in ſupplicatione ſurrogationis nec in literis dicas affirmatiue de lite ſed euentualiter.

Tertie deciſ. ut lite pen. Summarium.

Si alter ex collitigantibus in curia ſuper beneficio de iure patronatus laycorũ moriatur ualet ꝓuiſio Papæ licet iuri patronatus non deroget nec de eo mentionẽ faciat.

Epithome.

1 Prouiſio ſeu ſurrogatio Papę de beneficio litigioſo in curia uacante de iure patronatu laycorum exiſten. nulla de eo mentione habita an ualeat & nu. 5.
2 Lite pendente patroni præſentare ac ordinarii inſtituere ſeu prouidere non poſſunt.
3 Gratia ſurrepticia reputatur ſi in ea non exprimãtur om

nia quæ principem ad dandum uel negandum moue-re poſſent.

4 Derogatur iuri patronatu laycorum per Papam ſi de eo mentio fiat attenta lite.

5 Lis per ſententiam aut morte ciuili uel naturali collitigan tium finitur.

6 Prouiſio in deuolutis nulla de iure patronatu mentione habita ualida reputatur.

7 Clauſula derogatoria iuris patronatus in litigioſis & de-uolutis ad cautelam non neceſſario ponitur.

Deciſio tertia.

1 SOlet Papa quando beneficia † quæ ſunt iuris patro natus laycorum ſuper quibus lis pendet uacant in cu ria ea conferre & derogare iuri patronatus huiuſ-modi, ſed ſi non fiat mentio nec derogatur fuit dubita-tum coram me.1519.in una Glaſquen. in tertia inſtantia an ualeret & prætendebatur beneficium eſſe de iure pa-tronatus Regis Scotiæ. & quidam ex dominis quòd nõ quia difficilius derogatur in hiis etiam ſi in curia uacent ne retrahantur layci a fundatione talium beneficiorum di cit glo.pe.in.c.cum dilectus de iure patronatus. & quan-

2 uis durante † lite patroni præſentare nequeant.c.i.&.ii.ut lite penden.in.vi. tamen lite finita & ſic remoto impedi-mento poſſent nam in fortiori ſcilicet in impedimento proueniente culpa impediti hoc procedit.c.quia diuerſi-tatem de cõce.præben.unde uidetur quòd patronis præ-iudicetur. Et licet ipſi tempore litis quo Papa prouidet habeant manus ligatas nihilominus ſi fuiſſet expreſſum quòd erat de iure patronatus laycorum maxime regum ducum Marchionum de quibus in regula cancellariæ uo lente quod de talibus expreſſa mentio fiat, forſan Papa non prouidiſſet ei cui prouidit, ſed alii uel non derogaſ-ſet etiam attenta lite aut difficilius. quibus caſibus gra-

3 tia † dicitur ſurreptitia, quoniam omnia debent exprimi

quæ poſſent mouere ad dandum uel negandum.c. poſtu
laſti.&.c.ſuper literis de reſcrip.& no.ibi Abb. & in.c.pa-
ſtoralis.§.præterea de offi.de leg.& Egi.deciſ.iiii. Vlteri-
4 us uidemus quod ſit † mentio & Papa derogat attenta li
te ergo ſi non fieret aut non derogaretur non ualeret.nec
alias dicamus quod clauſula attenta lite fruſtra ponatur.
Signatura enim quæ cũ miſterio apponit clauſulam iſtam
nõ utitur ſuperfluis,quia fruſtra membranas occuparet.l.
iiii.ff.de uſu.c.ſolite de ma.& obe. uer.ſed interpoſitũ &
xix.di.in memoriam.Sed omnes domini præter duos uo
5 luerunt † prouiſionem ualere eo fundamento quia ſtante
lite nec patroni præſentare nec ordinarii poſſunt inſtitue-
re nec prouidere.d.c.i.&.ii. Ita quod nulla eis ſit iniuria
nullum præiudiciũ de quo posſint conqueri aut propte-
rea retrahi.Papa autẽ habita uacationis notitia ſtatim pro
uidet ne diutina uacatio noceat eccleſiæ.c.ii.de cõce.præ
6 ben.& lis † non finitur niſi per mortem ciuilem aut natu-
ralem litigantis.Item per ſententiam inquit Mil.in uerbo
lis finitur & in cle.i.ut lite pen.cum ibi no.unde raro con
tingeret quod ſtante lite tempore uacationis ceſſaret lis
ipſa ante prouiſionem pro quo.l.nam ad ea.ff.de legi.fa-
7 cit etiam pro concluſione quia in † deuolutis non eſt ne-
ceſſe de huiuſmodi patronatu facere mentionem atten-
to quod Papa ad quem ob negligentiam patronorum fa
cta eſt deuolutio poteſt ſine aliqua præſentatione proui-
dere quanuis poſſet dici quod deuolutio cauſetur ex cul
pa patronorum uel negligentia non autem lis, clauſula
8 † uero derogationis attenta lite fuit dictum ꝙ ad caute-
lam ponitur non neceſſario.l.teſtamentũ.C.de teſta.quæ
etiam in deuolutis apponitur ſine necesſitate nec expreſ-
ſio iuris patronatus etiam Regis retraxiſſet principem in
tellecta lite prout uidemus quod non retrahit. Et iſtud
oſtendit ſtilum dicte clauſule, neq; cautum eſt quod indu
catur ſurreptio in iſtis terminis allegabatur etiam pro de-
ciſione conſi.Cal.i.ut lit.penden.ſed ſolum dicit.d.c.i.eo.
titu.habere etiam locum in præſentationibus audiui po-

ſtea in ſignatura gratiæ a domino Anconitano ꝙ iſta concluſio erat uera & ſemper in Rota tenta.

Quartæ deciſ. ut lit. pen. Summarium.

Lis ſuper poſſeſſorio beneficii non facit beneficium litigioſum nec impedit ordinariū prouidere uel ſic. c. i. & ii. ut lit. pen. in. vi. cum cle. i. eo. ti. nō procedunt in lite poſſeſſionis duntaxat.

Epithome.

1 Lis ſuper poſſeſſorio tantum non facit beneficium litigioſum nec eſt impedimento ordinarii quin posſit occurrente uacatione prouidere.
2 Lis ſuper poſſesſione beneficii eſt quaſi ſpiritualis & de foro eccleſiaſtico.
3 Exceptio criminis cum infamia, ſurreptionis, prouiſionis aut poteſtatis defectus in prouidente an admittatur in interdicto adipiſcende.
4 Teſtamenti uitium inuiſibile non impedit hæredem mitti in poſſesſionem.

Quarta deciſio.

MAior pars dominorum concluſit in una Brixien. coram do. Io. Antonio de Triuultiis de menſe Iunii. 1521. litem † ſuper poſſesſione beneficii non
1 inducere litem in proprietate neq; facere rem litigioſam reſpectu tituli & iuris in beneficio nec impediuiſſe ordinarium quo minus potuerit prouidiſſe non obſtan. c. i. & ii. ut lit. pen. in. vi. cum cle. i. eo. ti. tanquam iſta uera & communis opinio de qua tex. in auct. litigioſa ubi etiam Cyn. & Bal. ac Bar. in. l ii. C. de litig. Inno. & But. in. c. cum. M. Ferrarien. de cōſti. Io. an. & Abb. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, & in. c. fi. ut lit. pendē. & dico plenius in illa deciſione

incipiente

incipiente Rota in antiq.tertia.quod tunc demum res ef‑
ficitur litigioſa quando ſuper dominio uel quaſi prout in
beneficialibus eſt mota quæſtio non ſi ſuper ſola poſſeſ‑
ſione quo caſu poſſesſio fit tantum litigioſa & quaſi do‑
minium poſſesſionis non proprietatis ut But.& Abb.de‑
clarant in.c.i.de confir.uti.uel inut.&.d.c.i.&.ii.ut lit.pen
den.in.vi.non loquuntur in lite ſuper poſſesſione ſecun‑
dum Io.an.in.d.c.ii.ac Pau.& Car.in.d.cle.& alios quos
ad utrunq; refert Mil. in uerbo litigioſa res fit. Non ob.
ꝙ tres domini pro contraria parte allegabant Abb.in.c.li
teras de iura.calũ. quod quæſtio poſſeſſoria beneficialis
2 † ſit ſpiritualis & fori eccleſiaſtici quia in hiis terminis ſe‑
cundum eum dicitur quaſi ſpiritualis, ſed eſto quod eſſet
ſpiritualis uel quaſi & fori eccleſiaſtici ut dicebã,aliud eſt
eſſe de foro eccleſiaſtico & ſpirituali aut quaſi uel mixtũ
aliud quod res ipſa ſeu rei poſſesſio etiam ſpiritualis di‑
cti fori ſit litigioſa,nam ratione mixture ſpiritualitatis ut in
iure patronatus uel quia ſaltem de colore tituli ſit uiden‑
dum ut in poſſeſſorio recuperande & ſimilibus.c.quanto
de iudi.& Inno.in.c.in literis de reſti.ſpo.& ex aliis cauſis
de quibus per Abb.in.d.c.literas.cauſa tam poſſeſſoria q̃
petitoria participat in aliquo aut ſit tota ſpiritualis & ſic iu
riſdictionis eccleſiaſtice,non autem propterea res ipſa liti
gioſa cum de ſpiritualitate cauſæ & fori eccleſiæ non infe
ratur ad rem litigioſam.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.
de acqui.poſ.l.neq; natales.C.de proba.&.c.in pręſentia
eo.ti.nec refragatur Biſignet.in antiquior deciſ.iiii. de re‑
ſtitu.ſpo.quia in principio dicit ꝙ lis erat ſuper petitorio
ex quo litigabatur de beneficio quanuis poſtea dicatur ꝓ
nunciatum in poſſeſſorio,hoc enim potuit cõtingere uel
ob ſuſpenſionem petitorii uel remanente alias indeciſa li‑
te ſuper petitorio.c.paſtoralis de cau.poſſ.& proprie.&
tunc procedunt.d.c.i.&.ii.quando uero loqueretur deci.
Biſignet.de cauſa ſolius poſſeſſorii fuit tentũ contra eam
propter cõmunem ſententiam ut ſupra.& hæc pars mihi
placuit non obſtan.quod Lap.quem refert Mil.in.d.loco

uoluerit oppoſitum & ex equitate Mil. ut ait idem tenet
circa finē licet non uideatur firmare pedē: nec etiā obſtat
3 ſi eſſemus in interdicto † adipiſcende poſſesſionis in quo
diſputatur de tit.& obſtat agenti exceptio criminis cū in-
famia.c.attendēs de accuſ.& ubi allegatur ſurreptitia pro
uiſio ſeu per falſas obtenta,aut poteſtatis defectus in pro-
uidente,non prius prouiſus poſſesſionē nanciſcitur q̄ de
ualiditate tituli fuerit diſcuſſum & admittitur exceptio de
fectus proprietatis ſi continenti offeratur,&plures alie de
quibus,& in materia Abb.in.c.cum olim pe.& ult.col.de
cauſa poſſ.& proprie.& in.c.cum olim col.ulti. de do.&
contu.quoniā ſufficit principaliter agi de poſſesſione etiā
ſi aliqualiter in caſu & caſibus diſcutiatur titulus, ſicut eſt
dictum ꝙ coloratus requiritur in interdicto recuperande,
ſed non ad effectū pronunciandi ſuper eo,ut inquit Egid.
deciſ.l.&.xcix.&dico latius in illa deciſione incipiēte quā
uis ad canonizationem tituli de reſti.ſpol. & id inſpicitur
ꝙ principaliter aut principalius agitur.l. qui exceptionē.
& ibi glo. de condi.inde.l.i.&.l. ꝙ dicimus in prin.ff. de
aucto.tut.c.de cætero cū ibi no.de homi.Et ita ad propo-
ſitū dicit Abb.in.d.c.literas de cauſa quaſi ſpirituali quan
do agitur de poſſeſſorio habente cauſam proprietatis an
nexā ex quo in tali eſt fienda aliqualis probatio ſuper ip-
ſo iure,ut in reſtitutione coniugis & ſimilibus. Et propte-
rea non dicitur mere ſpiritualis cū principaliter tractetur
de uiolentia non de iure ipſo ſpirituali.Et ad hoc Mil.etiā
in allegato loco,ſed prout dicit Abb.in.c.conſti.ii.de ap-
pel.col.ult.agens adipiſcende in beneficialibus intentat in
terdictū ſicut hæres aut bonorū poſſeſſor effectus domi-
4 nus rerū hæreditariorū & tamen uitium † teſtamenti inui
ſibile non impedit hæredē mitti in poſſesſionem, & ſi ap
pareat legitimus contradictor procedit ſicut in.l.ii.&.l.fi.
cū ibi not.per glo.Bar.& Bal.C.de edic.di.adria.tol.Sed
aduerte qa de anno.1526.de menſe Martii.d.Iacobus Si-
monetta qui erat ponens dixit in quadā cauſa ꝙ lis ſuper
poſſeſſorio impediebat ordinarium, reprobata ſeu non

tenta in hoc gl.d.c.i.ut lit.pen.in.vi.in qua opinione erat etiam dominus Ioannes Staphileus ex quo ſaltem requirebatur color,& ſic aliquid attingebatur de titulo.Sed ad hoc ſupra reſponſum eſt,articulus non fuit aliter diſputatus.ego uero dixi tentum in una cauſa contra opinionem prædictorum & erat iſta & eſt uera & cõmunis ut patet.

Quintæ deciſ.ut lite pen.Summarium.

Lis in qua per annos.xviii.aut uiginti uel circa nihil eſt actum, an dicatur neglecta taliter ꝙ non iuducat effectus litis pendentiæ.

Epithome.

1 Lis in qua nihil eſt actum per.xviii.annos an impediat ordinarios & ſit locus diſpoſitioni.c.i.&.ii.ut lit.pē.in.vi.
2 Lis non finiri aliter q̃ per ſententiam an recipiat aliquam limitationem.
3 Litis motio iniuſta non inducit uitium litigioſi.
4 Tempus ad litem finiendam de iure canonico quo ad litigantem non eſt præfixum.

Quinta deciſio.

1 ERat in una lite Giennen.benficii quæ coram.d. Iacobo Simonetta pendebat per annos.xviii.†& forſan pluries ceſſatum in eius proſecutione abſq; eo quod fuiſſet ad aliquem actū præintroducta in litem pro ceſſum.dubitabatur an eſſet neglecta, ita ꝙ nō impediret ordinarium,nec induceret uitium litigioſi ad terminos.c.i.&.ii.ut lit.pen.in.vi.& cle.i.eo.tit.ut habetur per totum ff.&.C.de litig.& per Egid.deciſio.547.licet per appellationem,colligentem ſex edicta in materia litis pendentis. Et idem de aliis effectibus iuris ꝙ uera lis pendens operatur.& una pars dominorum inclinauit pro affirmatiua,

per tex.iuncta glo.& doc.cum ea in uerbo non proſequi tur in.d.cle.i.item quia per decennium præſumitur ac inducitur obliuio.l.peregre.ff.de acqui.poſ.glo.in.l.i.C.de ſer.fugi.& quod tenet Abb.in.c.contingit de do.& cõtu. col.iiii.ibi.Secundo ex.d.glo.no.& Soc.in.l.rem quæ nobis in.ii.q.prin.col.pe.ff.de acqui. poſſeſ. ꝙ priuauit quis poſſeſſione negligentia annorum decem.Sed dubitationem facit deciſio Rotæ.x.in no.ut lit.pend.per quam alii
2 domini dicebant contrarium ut non finiatur † lis niſi per ſententiam:uerũ pro qua opinione facit quia in una coniectura ad præſumendũ calumnioſam ac doloſam litẽ ſufficit.l.dolũ.iuncta gl.C.de dol.&.c.ii.de renun.in.vi.quæ ex longi temporis diuturnitate hoc eſt decẽnii.C.de præſcrip.lon.tempo.x.uel.xx.an.& ſic multo magis.xviii.annorũ colligitur ex quo non eſt uériſimile ꝙ ſi inſtantia eſſet aut dubitabilis aut ab omni malitia calumniaq; libera fuiſſet tanto tempore neglecta quæ ſic uidetur pro derelicta habita cũ nemo iactare præſumatur.l.cũ de indebito in prin.ff.de proba.c.cũ ſup hoc de renun.Nec ius quod bona fide prætenderet, indiſcuſſum tanto tempore derelinquere.l.illud.ff.de peti.hære.quinimmo potius dicendũ ꝙ rediens ad cor conſcius non iuris aut ꝓbabiliter diffidens a lite ceſſauerit.nam qui diffidit de iure ſuo debet dimittere rem quam tenet.c.bone.el.ii.iuncta glo.de poſtu.præla.fortius nihil tenens ſed petens tenetur diſcedere a lite ſi non expreſſe ſaltem tacite. Ex quibus arguitur
3 potens coniectura qua ſtante litis † motio malitioſa non inducit uitium litigioſi ſecundum Biſignet.deciſ.ii.de re. permu.in antiq.in fi.Item quando eſſet mota in fraudem ſecundũ Phil.Franch.in.c.i.poſt prin.facit quod no.But. in.c.ſignificante de pigno.& Inno.in.c.de cætero. de cle. non reſ.quando dicit de clerico procurante ire ad ſeruitia domini ut fructus beneficii recipiat, & plura cumulat Barbat.de cauſa procurata conſi.lvii.cũ ſe.in prima parte conſi.coadiuuatur hæc pars. quia per eam finis litibus imponitur quæ alias poſſent fieri immortales.l.properandũ in

prin.C.de iudi.&c.c.finem litibus de do.& contu.&c.c. iur gantiũ de re iudi.Sed aduerte quia illud quod ſi nullus litem proſequatur lis extinguatur,intelligit Mil.in repertorio.in uerbo litis pendentia non finitur &c.ſi facta ſit renũciatio coram iudice ad no.per Cy.& Bar.in.l. non ſolum §.ſi liberationis.ff.de lib.leg.in.l.poſtquã liti.C.de pact. & But.in.c.cũ pridem.de pact.Cum alias ridiculum eſſet dicere ꝙ eoipſo ꝙ ſuperſtes litem non proſequitur lis finiatur ex quo iure canonũ ad litem finiendã non eſt † certũ tempus præfixũ.c.pe.de iudi. Subiungit tamen in uerbo lite pendente quo ad litigantẽ quod de animo ac mẽte partiũ ꝙ noluerit litem proſequi ſufficit ſi conſtat quando id exprimant in iudicio uel extra uerbo. Sed cõſidera qa docto.allegati non dicunt eſſe renũciationẽ neceſſariã in hiis terminis.Sed ꝙ.d.l.poſtq̃ liti loqtur in renunciatione q̃ fit in iudicio ſeu præſente iudice, licet ratio uideatur aſtringere etiã ex eo ꝙ lis fundata ex actore reo & iudice c.forus cũ ibi no.de uer. ſig. non debet ita de leui ex ſola taciturnitate tolli, maxime quia etiã intereſt Papæ ꝓpter d.c.i.&.ii.cum.d.cle.i.Secus in amiſſione poſſeſſionis dependente a ſolo animo perdẽtis & cuius ſolius intereſt.l. iii.§.in amittenda.ff.de acqui.poſ.Poteſt tamẽ pro prima opinione dici ꝙ ſicut ſuperſtes ſolus potuiſſet expreſſe renunciando,ita poſſit tacite negligendo tanto tempore ꝙ ex tali negligentia arguatur animus habendi litẽ pro derelicta prout poſſeſſionẽ & beneficium per iura & motiua adducta.& no.per Abb.in.d.c.contingit cum taciti & expreſſi idem ſit iudicium.l.cum quid.ff.ſi cer.pe.uel ſaltem hoc procedat in terminis.d.cle.i. ut Mil. in.d.uerbo lite pendente proſequitur & declarat. Et ita maior pars in.d. cauſa Giennen.tenebat non eſſe impeditũ ordinarium in cõferendo propter eiuſmodi litem per prima fundamenta, quanuis in alia cauſa memini fuiſſe tentam.d. deciſ.x. Ita ꝙ iuxta uarietatem caſuum facile eſt nunc concludi unum nunc aliud contemplata ubiq; equitate atq; hominum & temporũ malignitate queadmodum dico in de-

ciſ.incipiente concluſit Rota referente ad materiam iſtius ſub ti.de Cauſam tamen ſeu litem in cauſa Gien‑nen.propter uarietatem opinionũ concordare ſtuduit.d. Iaco.Simonetta,&tandẽ concordauit ut ab eo audiui.

Sextæ deciſ.ut lite penden.Summarium.

Mortuo altero ex collitigantibus ſuper beneficio procedi poteſt citatis intereſſe putantibus etiam omiſſo procuratore defuncti domino litis effecto. Sed quando conſtat de aliquo certo contradictore non poteſt ualide procedi eo omiſſo citatis intereſſe putantibus.

Epithome.

1 Mortuo altero ex collitigan.citatis ſua intereſſe putantes per audientiam contradictarum proceditur.
2 Abſentia procuratoris probata proceditur per audien‑tiam contradictarum.
3 Procurator defuncti dominus litis effectus in beneficiali‑bus citari debeat.
4 Proceditur per audientiam contradictarum cum procu‑ratore minus ſufficienti præfixo termino ad docẽdum de ſufficienti mandato.
5 Cõiuncta perſona in cauſis beneficialibus & ſpiritualibus etiã cũ cautione de rato nõ admittitur pro coniuncto.
6 Proceſſus per audientiam contradictarum contra intereſ‑ſe putan. inualidus reputatur contradictore legitimo apparente omiſſo.

Sexta Deciſio.

Mortuo altero ex collitigantibus etiam poſſeſſore dirigi poteſt petitio contra intereſſe putãtes † in‑quit Egid.deciſ.clvi. & ita proceditur ipſis citatis per audientiam contradictarum,ut Rota deciſ.viii.in no. ut lit.penden.& etiam proceditur per audientiam contra‑2 dictarum abſentia † procuratoris probata etiam ex cauſa

recreationis deciſio eſt.v.in no. de iudi. & reo citato non cōparente,ut deciſ.xiiii.de do.& contu.in no. Sed in una urbeuetana prioratus ſancti Spiritus,quæ coram me pendebat quærebatur an deberet etiam citari procurator de
3 functi † qui ante obitum principalis erat dominus litis effectus uel omiſſis intereſſe putantibus eſſet,omnino contra talem procuratorem procedendum,quaſi non eſſet reuocatus ex quo non,agebatur de cauſa eccleſiæ ſed perſone,quia ſuper titulo beneficii ſecundum intellectum glo. quem ſequitur Car.in cle.ſi.q.i.de procura. Et uoluerunt domini ꝙ bonus eſſet proceſſus factus per audientiā cōtradictarum contra intereſſe putan.quanuis ad cautelā potuiſſet citari procurator,ad glo.d.cle.dixerunt ꝙ non eſt uera eius opinio uel non ſeruatur, de quo dubitaui alias ,put poſui mouendo in deciſione incipiente.Nota ꝙ uo
4 luerunt domini ſub ti.de appel.poteſt etiā procedi † per audientiam contradictarū,& cū procuratore minus ſufficienti ſimul præfixo ſibi termino ad prouidendū de ſufficienti mādato.ait Rot.xviii.de do.& cōtu.in anti.Sed ad cautelā ſit quæ non obeſt.l.teſtamētū.C.de teſta.nec abūdans malā fidem inducit.l.pe.C.de euic.facit.c. bone.el. ii.de elec.non neceſſario ex quo conſtat de inſufficientia
5 procuratoris,cū in beneficiali cauſa † & ſpirituali non admittatur coniuncta perſona pro coniuncto etiam cū cautione de rato ſi non habet mandatum,ut no.in.c. corā de offi.delega.& ibi Abb.col.ii.& in.c.cū pridem.col.iii. de pac.ac in.c.accedens col.ii.de præben.& eſt deciſio Rotæ.vi.in no. de procur.licet ſecus ſit in prophanis.l.ſed & hæ perſone.ff.eo.& quando eſt dubium de mandato in.l. i.C.eo.& de hiis ac materia per Abb.in.d.c.coram.Si ue
6 ro eſſet mandatū ſufficiens conſtaret de legitimo † contra dictore & cōtra eum debere procedi nominatim uel contra eius procuratorem habentem ſufficientem poteſtatem omiſſis intereſſe putantibus contra quos nequit ualide procedi ſi omittatur contradictor de quo cōſtet ad.c. ſi.cum materia de elec.in.vi.& ibi Domi.col.iii.dicens ꝙ

quando eſt certus non ſufficit uocatio per edictū, ſed re quiritur ſpecialis.facit gl.in uerbo nominatim in cle.i. de vi.& ho.cle.& auct.ſi omnes. & ibi Bal. & alii.C.ſi ut ab hære.ſe abſti.Et no.quod dicitur in principio etiam poſ ſeſſore mortuo,quia nedum ſententia adiudicatoria uerū etiam abſolutoria ualide proferri poteſt in hiis terminis, ut noto in alia deciſione incipiente dubitaui in cauſa Tau rinen.ubi uideas motiua conferentia ſub ti.de re iud.

De ſequeſtra.poſ.& fruc.

Primæ deciſ.de ſeque.poſ.& fruc.Summarium.

Ex ſententia ſuper titulo beneficii in cauſa reſtitutionis lata pro eo qui habuerat contra ſe prius rem iudicatā nō decernitur ſequeſtrum. Vel ſic, Sententia ſuper petitorio beneficii lata quæ tranſiuit in rem iudicatam excuſat a ſe queſtro licet fuerit executioni mandata,& poſtea in iudi cio reſtitutorio feratur contraria. Idem de duabus & tri bus cum re iudicata etiam abſolutoriis.

Epithome.

1 Sequeſtrum nō decernitur quando reſtitutus aduerſus rē iudicatam in petitorio,obtinuit ſentiam pro ſe.

2 Clementina unica de ſequeſtra.poſ.& fruc.in quo caſu lo quatur & intelligatur.

3 Reſtitutionis cauſa eadem cum prima reputatur,& corā eodem iudice terminari debet.

4 Reſtitutoria ſententia contraria primæ reuocat expreſſe primam,alias non ualet.

Prima deciſio.

O Btinuerat quidam in una cauſa Elnen. bene ficii ſententiam & rem iudicatam in petito
1 rio in adiutorio † Rotæ & eius uigore poſ ſeſſionē, aduerſarius reſtitutus obtinuit aliā pro ſe fuit cōcluſum ꝙ uirtute ſecunde non

debuit decerni ſequeſtrum,de quo in cle.unica.de ſeque.
poſ.& fruc.ea ratione qa ſi ſententia a qua appellatur ex-
cuſat,fortius illa quæ trãſit in rẽ iudicatã, & multo magis
2 ipſa res iudicata ad hoc tex.in.d.cle.† loquens de una ſen
tentia uel eius uigore fiat ſequeſtratio ſic contra eam alia
non ſit ꝓmulgata,prout declarat Car.ibi in.iiii.q.poſt Io.
an. Et ꝙ ſententia quæ parit ſequeſtrũ intelligitur de pri-
ma,nec diſtinguitur an fuerit ab eo appellatũ, quod no.
pro intelligentia.d.cle. & tamen uerum eſt ſententiam in
cauſa reſtitutionis reperire aliam prius latam,& licet poſ-
ſet dici prima inſpecto iudicio reſtitutorio, nihilominus
uere eſt ſecunda quãuis poſſit reſpectiue appellari prima
uel ſecunda.prout in formandis ſententiis poni ſolet.Nã
3 † cauſa reſtitutionis cenſetur eadem cum prima & debet
expediri coram eodem iudice.l. perfecti. &.l.illud.ff.de
mino.& procurator in prima tenetur eam proſequi non
ſic cauſam appellationis ubi perſona iudicis & tribunal
mutantur.Ita Ange.& Pau.de ca.in.l.qui proprio.§.item
quæritur.ff.de procura.poſt glo.& Iaſ.in.l.inuitus.C.eo.
ti.& Bal.in.d.§.itẽ quæritur ſup.v.lec.Accur.&.vi.ultra-
montanorũ declarat quando dicatur,& quo reſpectu no
ua cauſa,quando eadẽ nec identitatem,& alia excludit ꝙ
corã diuerſis quandoqꝫ iudicibus expediuntur,quoniam
4 iſtud præuenit ex cõmiſſione principis, & ſententia † in
reſtitutorio contraria primæ reuocat expreſſe primã, uel
alias non ualeret quia eſſet ſententia cõtra ſententiã.l.i.C.
quando prouo. non eſt nece.c.inter monaſteriũ de re iu.
ubi glo.ſi.& Abb.v.col.cum ſe.ponunt ſeptem caſus fal-
lentiæ ad hanc regulam declarando materiam. & idẽ de
cõpromiſſo & laudo contra rem iudicatã ut non ualeãt,
dicit Bal.in.l.ſi diuerſa.ad ſi.C.de tranſ.Et in una Parmẽ.
archipresbyteratus coram domino Hugone de Spina in
qua erant late tres conformes abſolutorie ſuper petito-
rio cũ impoſitione perpetui ſilentii de more palatii con-
tra Bonifacium de Aldigeris, & pro Iacobo Cola pro
quo Bonifacio reſtituto fuit poſtea pronunciatum cano-

nizando gratiam apoſtolicam eiuſdē domini. Negarunt ſequeſtrum.1519.de menſe Martii memores cōcluſionis facte in dicta cauſa.

Secundæ deciſ.de ſeque.poſ.& fruc.Summarium.

Ex ſententia prima ſuper petitorio lata pro petitore decernitur ſequeſtrum in terminis.d.cle.unicæ non obſtan. ꝙ contra eum per unam uel plures ſententias eſſet prius in poſſeſſorio res iudicata quæ fuerat executioni mandata. Vel ſic ex ſententia in poſſeſſorio non præſumitur ad petitorium ad excluſionem ſequeſtri.

Epithome.

1 Sequeſtrum decernitur una ſententia lata in petitorio pro eo qui contra ſe ſententias & rem iudicatam obtinuit in poſſeſſorio.

2 Sententia in poſſeſſorio non facit præſumptionem contra obtinentem in petitorio.

Secunda deciſio.

1 FVit una alia cauſa beneficiali cōcluſum ꝙ ſi habēs † contra ſe rem iudicatā ſup poſſeſſorio cui paruerat poſtea pro ſe primam ſententiam ſuper petitorio obtineat eius uigore debuit decerni ſequeſtrum cum ſententiæ ſuper poſſesſione habuiſſent finalem exitum & ſi fuerat ſequeſtrum debuit relaxari uictori ut in.d. cle. ſed attenta iſta ratione in proxima deciſione contrarium debuiſſet concludi licet poſſumus dicc ꝙ ibi ſumus in caſu diuerſo & habente diuerſam conſiderationem ut pa
2 tet & ideo alia eſt melior ratio quia ſententia † in poſſeſſorio non facit præſumptionem contra obtinentem in petitorio ſecundum doct.in.d.cle.ex quo ſunt diuerſa & de uno nō infertur ad alterum.l. naturaliter.§.nihil commu-

ne.ff.de acqui.poſ.nec præiudicat petitorio ut dicit Car. in.d.cle.in ſecunda op.iii.col.cum ſe.Et cum ratio primæ ſententiæ contra alias ad negandum ſequeſtrum ſit fundata in præſumptione quæ oritur ex ea ſecundum Car. ibi declarantem.iiii.q. Iſta prima non faciens præſumptionem non obſtat ſecundæ quòd no. in materia & pro eo quod dicitur in tex.de finali uictoria ac pro prima ratione ut intelligatur finalis quando agitur poſſeſſorio illa quæ deſuper tranſit in rem iudicatam non expectato iudicio proprietatis nec eius fine. Secus ſi poſſeſſorium & petitorium ſimul fuerit deductum ut finalis dicatur uictoria ſententia quæ ſuper proprietate fertur prout diſtinguit idem Car.in.q.xxix.

Tertiæ deciſ.de ſequeſtra.poſ.& fruc.Summarium.

Exceptio poſſeſſionis triénalis de qua in dicta cle.unica ad excludendum ſequeſtrum non defendit poſſeſſorem ſimoniacum uel ſic poſſeſſio ſimoniaca eſt diſcolorata & ſine fomento iuris.

Epithome.

1 Sequeſtrũ decerni poteſt contra ſimoniacũ triennalẽ ſi cõtra ſe reportauit ſententiam tanquã uitioſus poſſeſſor.

2 Regula de triennali non defendit habentem ſimoniacum ingreſſum.

3 Simoniaca electio eſt nulla etiam ignorante electo.

Tertia deciſio.

Item.1516.in una cauſa beneficiali Lunen. Sarzanen. coram.d.Martino Spinoſa concluſum fuit quod condemnatus in terminis di.cle. unicæ qui triennio poſ-
1 ſederat pacifice non gauderet † exceptione quæ ponitur ad caſum.d.cle.nec euitaret ſequeſtrum ſi erat ſimonia-

cus tanquã uitioſus & poſſidẽs ſine colore pro quo Inn. in.c.niſi cũ pridem de renunci.in prin.dicens ꝙ ſimonia-cus & intruſus ſunt fures.i.q.i. ordinationes nec habent titulum licet ſibi uideatur ꝙ non debeant dimittere eã poſſeſſionem facti quam habent abſq; licentia & ibi uideatur But.hoc tenens in ſimonia in promotione per ſe commiſſa facit etiam quod Fely.in.c.in noſtra de reſcrip.ſcribit in materia intruſionis & poſſesſionis non colorate ſecundo cor.& in.c.inſinuatum de ſimo.circa finem. Item quia regula de triennali poſſeſſore non moleſtando quæ habet ſimilitudinem cum dicta exceptione & uidetur ab ea or-
2 ta & requirit ac eſt contenta † titulo & poſſeſſore coloratis excipit habentem ſimoniacum ingreſſum tanquam incoloratum & carentem iuris adminiculo unde in eo qui ingreditur per ſimoniam ab ipſo uel alio eo ſciente commiſſam ſtat concluſio etiam ſecundum But.Car. & alios in.d.c.niſi & Fely.in.d.c.inſinuatũ ac Mil.in uerbo ſimoniacus eſt ab omni &c. Abb. tamen in.c.pe.de elect.indi-
3 ſtincte notat quod electio † facta ſimoniace eſt nulla etiã ignorante electo quia uitioſe facta & idem in collatione de quo per doc.in.d.c.ordinationes & ubi ſupra.

Quartæ deciſ.de ſequeſtra.poſ.& fru.Summarium.

Eadẽ exceptio dicte cle.proficit triennali poſſeſſori pacifico priuationẽ incurrenti ob non ſolutionem pẽſionis.

Epithome.

1 Sequeſtrum non decernitur contra triennalem qui ſententiam priuationis contra ſe ob non ſolutionem penſionis reportauit.

2 Priuatus beneficio non eſt amouendus a ſua poſſesſione niſi præmiſſa citatione & iuris ordine ſeruato.

3 Regula de triennali fraternizat cum cle.i.de ſeque.poſ.& fruct.

4 Titulus coloratus qui & quando dicatur. uide remisſiue.
5 Conſtitutio execrabilis an obſtet agenti poſſeſſorio.
6 Reſtitutio an Canonico regulari ſpoliato cõpetat de beneficio ſeculari cum prouiſione ordinarii.

Quarta deciſio.

FVit etiam concluſum in una coram.d.Io.an.de Tri
1 uultiis quod triennalis † poſſesſio pacifica eius q̃ de
clarabatur priuatus beneficio quia non ſoluerat pẽ
ſionem in tempore excluderet ſequeſtrum per tex. iuncta
glo.in.c.licet Epiſcopus de præben. in.vi. uidetur tamen
obſtare ratio de non colorato poſſeſſore ad regulam q̃
tradit Abb.in.c.cũ noſtris col.ulti.de conce.præbẽ.quod
quãdo inducitur priuatio a iure uel ab homine poſſesſio
dicitur incolorata &.d.c.licet Epiſcopus loquitur de nõ
2 amouendo poſſeſſore † quantuncunq; priuat & eius beneficio alteri iam collato abſque citatione & iuris ordinẽ
prout etiam in.l.meminerint.C.unde vi.non autem an ſit
coloratus poſſeſſor nec ne & quando de colore diceret
Abb.in.d.c.cum noſtris ad probandum priuatum nõ ha
bere colorẽ allegat dictum.c.licet epiſcopus &.c.de mul
3 cta.de præben.Item quia regula de triennali † fraternizãs
cum text. dicte cle.non debet prodeſſe niſi habenti titulũ
& poſſesſionem coloratam ex uerbis regulæ & eius antiqua interpretatione.titulus autem qui ante priuationem
erat euanuit adueniente incurſu priuationis ex iuris diſpo
ſitione & eſt redactus ad non titulum ſola poſſesſione remanente quæ cum ſit facti non potuit a iure infirmari.l.
deniq; ex quĩ.cau.ma.l.i.§.ſi uir uxori &.l.cum hæredes.
ff.de acqui.poſſ. quod autem Domi.in.c.felicis de pe.in
vi.& aliunde Fely.in.c.Rodulphus in uerbo ſed declaratoria & ibi citatur etiam pars pe.& ult.char.de reſcrip.inquiunt & no.in additione ad deciſ.iii.de reſtit.ſpo.in no.
quod in ſententia iuris,requiritur declaratio & non impe
dit ſpoliati reſtitutionẽ poſſet dici intelligi requiri quoad

facti probationē ut a poſſeſſione amoueatur & ad alios effectus de quibus in dictis locis non quod de iure nō ſit uere priuatus,pro deciſione tamen facit quod ipſa regula uidetur omni colore contenta quod ſimoniace aut contra.c.ii.de præben.in.vi.habitus ut in ea,de quo & quan-
4 do dicatur † titulus coloratus & poſſeſsio & quando nō & ad materiam tango in illa deciſione quod dicta regula procedit in habente titulum ab ordinario de prima dignitate in cathedrali poſt pontificalē aut principali in collegiata non obſtan.concordatis Germaniæ & regula cancellariæ talia beneficia reſeruante incipit proponebat ſub ti.de Illud uero quod titulus uideatur per priuationem reſolutus procedat intelligendo de iuſto cum titulo ſaltem iniuſto poſſideat inquit glo.in.d.c.licet Epiſcopus.qui ſi ſufficiat in terminis regulæ ſecundum quos ſufficit poſſeſsio cum titulo colorato,& propterea excōmunicatus defenditur a regula ex quo eſt capax poſſeſſionis quæ eſt facti & a iure nequit infirmari,licet ſi ſpoliatur non reſtitueretur quia obſtaret exceptio excommunicationis prout ſentit glo.ſuper.d.regula:ergo & cle.quæ ad uitandam ſequeſtrationem fuit contenta poſſeſsione triennii ad ſimilitudinē uſucapionis quæ terminatur triennio:& quia per lapſum dicti trienni aliquando acquiritur ius eccleſiæ poſſidenti prout declarat Cardi.ibi.viii.not. & quæſtione.xi.Additio autem ultima diſtinguit ſententiam hominis a ſententia iuris & diſputat ſi reſtitutio com-
5 petat & an execrabilitas † obſtet agenti poſſeſſorio,quod quæſiui a quibuſdam dominis in una cauſa coram me & erant opiniones nec fuit aliquid firmatum licet reperiam deciſionem.xv.de reſti.ſpo.in antiq.pro parte affirmatiua & opinionem in dicta additione ubi ultima eſt pro negatiua.Item quia ſumus in una ſententia per appellationem ſuſpenſa alias extincta.l.i.in fi.ff.ad turpil.c.uenientes de iureiur.ex quo petitur ſequeſtrum poſſumus dicere non dum condemnatum eſſe priuatum quouſq; contra eum ſit res iudicata cum hoc ſit de quo agitur an ſit priuatus

uel non.facit etiam deciſio.ix.de reſti.ſpolia.in antiq.uo-
6 lens quod Canonico † regulari ſpoliato beneficio ſecu-
lari quo habuerat ab ordinatio competat reſtitutio & ſe-
quitur Fely.in.c.dilecta.de reſcrip.ulti.char. & limitatio-
ne . ſuper ueritate cuius fuit etiam dubitatum in una corá
do . Silbinicen.de menſe Maii.1521. & ſuper eius intelli-
gentia ac.c. cum de beneficio.de præben.in.vi.uideantur
Lap.& Domi.in.d.c. & Fely. in.c.in noſtra col. pen.uer.
ii.de reſcrip.

Quintæ deciſ.de ſequeſtr.poſ.& fruc.Summarium.

Violans ſequeſtrũ incidit in penas cle. ad compeſcen-
das non obſtante appellatione a diffinitiua cum inde ſe-
cutis ſeu a diffinitiua & quocunq; alio grauamine abſque
expresſione cauſæ.

Epithome.

1 Sequeſtrum an impediatur per appellationem & an uio-
lans ſequeſtrum ſub tali prætextu ſit locus pene cle.ad
compeſcendas.
2 Appellatio ab interlocutoria in ſcriptis & cum expresſio
ne cauſæ fieri debet.
3 Sequeſtrum in beneficialibus regulariter eſt permiſſum.
4 Appellatio ab interlocutoria cuius iniquitas detegitur al
legationibus iuris ſine expresſione cauſæ fieri poteſt.
5 Appellans a decreto ſequeſtri debet inſerere cauſam in
appellatione.
6 Remiſſoria ad probandam uiolationem ſequeſtri an re-
gulariter concedi debeat.

Quinta deciſio.

Dubitatũ fuit corá Mercurio de uipera in unã be-
neficiali Mediolanen, de uillegio,1520.de men-

ſe Maii an appellatio interpoſita a diffinitiua cum inde ſecutis ſeu a diffinitiua & quocunq; alio grauamine impediat quominus ſequeſtrum decretum ante appellationem iuxta formam cle.unice de ſequeſtra.poſ.& fruc.po
1 tuerit exequi † & ſi fuerit uiolatum locum habeat pena d.cle.& quidam domini tenebant nõ debere exequi nec eſſe locum pene cum appellatio ſuſpendat iudicatum.l.i.in fi.ff.de turpil.c.uenientes de iureiur.& quod per illa uerba cum inde ſecutis uidebatur a decreto ſequeſtri appellatum ex quo aliud non fuerat ſecutum poſt ſententiam.l.ii.de lib.& poſthu.l.fundum qui locatus cum.l.ſe.ff.de fun.inſtruc.cum ibi not.& licet regula uelit quod in
2 appellatione † ab interlocutoria ſit exprimenda cauſa.c.cordi de appel.cle.appellanti.eo.titu.& decretum huiuſmodi dicatur interlocutio ſuper quo quando ſit diffinitiua aut diffinitiue uim habens uel interlocutoria eſt glo.in.d.cle.& ibi docto.& tradit Bart.in.l.titie.ff.de accuſa.Alexan.ſuper Rubrica de re iudi.ff.& Abb.etiam ſuper rub.eo.tit.in decreto limitatur ſecundum Bal.in.l.minoribus.C.de hiis qui.ut indig.& Phi.Franch.in.d.c.cordi in.iiii.limitatione quando conſtat de grauamine iuris pręſumptione aut per allegationem iuris ut ſi iudex mandet ſequeſtrum fieri quod eſt regulariter prohibitum.C.de prohi.ſequeſtra.per.l.nimis propere.C.de exe.rei iudi.&.c.i.de ſequeſtra.poſ.& fruct.tunc enim non requiritur cauſa.ſed maior pars contrarium concluſit: & ego fui in hac opinione & hoc per deciſionem Biſignet.in antiquior.ii.quæ eſt prima in antiquis eo.titu.de ſequeſtra.poſſeſ.& fruct.ubi plura uideas fundamenta per quæ tolluntur contraria, & ad dictum Bal.reſpondebat unus ex
3 dominis quod in beneficialibus ſequeſtrum † regulariter eſt permiſſum, quod non uidetur tutum cum Car.in.d.cle.unica.iiii.col.dicat quod per cle.iſte caſus debet addi ad alios caſus fallentiæ not.per glo.in.l.unica.C.de prohi.ſequeſtra.pec.& in.c.ii.de ſequeſtra.poſ.& fru.unde dicas aliter quod cum in re tam aperta quando ſequeſtrum

quod ius

quod ius prohibet decernitur ſupuacua ſit expresſio cau ſæ ut inquit Bal.in.d.l. minoribus ar.l.ſi conſtat.ff.de ap- pell.quoniam iniquitas talis interlocutorie detegitur per allegationẽ iuris ita in hoc caſu reqratur expresſio quod ſumus in re clara & ad cle.præmiſſa & magis iniquitas ap pellationis colligitur ex hoc quod iure permittente de- cretum eſt ſequeſtrum & ceſſat præſumptum uitium inter locutionis per rationem expoſitorum.l. & ſi contra in fi. de uulg.& pup.l.ſi.ff.de leg.iii. Ratio ergo Bart. conclu- dit ad caſum quando ius aperte facit contra interlocutio nem non quando ei asſiſtit ſicut in propoſito ſiue cle. po nat regulam ſiue exceptionem. Neq; obſtat ꝙ quia con- demnatus forſitan posſiderat triennio pacifice non fuiſſet locus ſequeſtro,ut in.d.cle.quia ſaltem iſtud debebat alle gari & cõſtare iudici ex probationibus facti & non profi- ceret niſi ex deductis appareret manifeſte ſecundum Bal. in.d.l.minoribus dicentem ꝙ quando ſumus in interlocu
4 toria † cuius iniquitas detegitur per allegationem iuris non eſt neceſſe inſerere cauſas appellationis ar.l.primę in fi.ff.de dot.prælega.& ita debet intelligi Inno.c.fi.de no. ope.nunc. Sed ubi debet detegi ex probationibus facti, ita ꝙ eſt quæſtio facti & non iuris ut in his terminis tunc procedit quod appellans ab interlocutoria habet neceſſe exprimere cauſam quare ſententia ſit iniuſta ita etiam ſen tit Phil.Franch.referendo Bal.in.d.l. minoribus in.c.i.de
5 appel.in.vi.col.ii.ex quibus conſtat ꝙ omnino † cauſa in appellatione erat exprimenda hic ſicut quando appella- tur ab executore excedẽte.c.ꝙ ad conſultationẽ de re iu di.iuxta glo.& declaration. Abb.ibi.& aliorum.Præterea nunquam eſſet locus ſequeſtro ſi per uerba cum inde ſe- cutis ſeu a quocunq; grauamine & ſimilia abſq; explica- tione cauſæ & grauaminis cenſeretur appellatum a decre to ſequeſtri, & ſuſpenderetur iuriſdictio cum decretum ſe queſtri ſoleat fieri ſtatim lata diffinitiua eadem audientia uel ſequenti. Sic enim eluderetur prouiſio cle. de facili, cum dicta uerba ſint in uſu ad cautelam, uel facilia cuiquã

contra.l.ſi prætor.de iud.&.l.ſi.ff.quod vi aut clam.Cæ-
terũ ſiue ſequeſtramus iuſte & bono zelo moueamur ſi-
ue ſit dubiũ debet obtemperari, ut ait Car. poſt Laud.&
Zenz.in.d.cle.unica dũmodo ſit lata ſententia ſufficit reſi
ſtentia facti,ut ibi.xi.col.Nam non debet quis propria te
meritate uiolare ex quo uiolat poſſeſſionem quæ eſt fa-
cti,ut in dictis deciſionibus.ii.&.i.& factũ ac præſumptio
nem & contemptũ punit cle.ſicut alias factum ipſum.Lex
etiã ſi non producat iuris effectum.l.quid ergo.§.cũ au-
tem.ff.de hiis qui no. inſa.&.c.nuper de biga.& in cauſa
6 prædicta fuit data remiſſoria † ad probandum uiolationẽ
ſequeſtri habito articulo pro concludenti, cum alias dari
non debeat nec conſueuerit.

De probationibus.

Primæ deciſ.de probationibus.Summarium.

Fama ſufficit ad probandum ꝙ collatio pertinet ad in-
feriorem epiſcopo quando non agitur cum eo nec proui
ſo ab ipſo nec directe ſuper pertinentia.

Epithome.

1 Collationis pertinentia ad inferiorem pertinere quomo-
do probetur.
2 Fama regulariter non facit plenam ſed ſemiplenam pro-
bationem.

Prima deciſio.

PErtinentia collationis ad archidia-
conum decanum priorem ſeu ali-
um epiſcopo uel archiepiſcopo ſeu
alio ordinario inferiorem ad quẽ de
1 iure non ſpectat probatur † per famã
ſecundum Rotam deciſ.iii.in no. de
proba. quod procedit quando ordi-
narius non eſt in cauſa nec prouiſus

ab eo, ſed alius habens a Papa uel aliunde. Nã contra ordinarium uoluerunt domini ꝙ ſufficeret in una Parmen. parrochialis ſanctæ Chriſtinæ quam propoſui de menſe Martii. 1520. In qua agebatur inter ꝓuiſum ab uno canonico Parmen. qui contulerat ratione præbende de Sorbulo & ꝓuiſum a Cardinali de Farneſio adminiſtratore eccleſiæ Parmen. niſi fama eſſet adiuncta alia ſpecie probationis prout erat, quæ intelligentia mihi placuit. Nam pro ea facit quod uult Egi. deciſ. 570. dũ intelligit famam ſufficere niſi directo agatur ſuper pertinentia uel ſuper collatione facta ab ordinario. Et ſi aduerſarius negaret huiuſ
2 modi collationis pertinentiam non habeat. Nam †fama regulariter non facit plenam ſed ſemiplenam. c. i. ubi glo. de appel. ſup quo quando plene quãdo ſemiplene quando nihil tale inducat, habetur ſaltem remisſiue in illa deciſione ꝙ fama probat ius patronatus antiquisſimum incipit fama regulariter, in propoſito autem probat modo quo ſupra. & facit quod Egi. deciſ. cxxviii. & quod Bar. dicit de fama in. l. celſus. ff. de uſucapio. ꝙ inducit iuſtum errorem & tribuit cauſam præſcribendi, ac inducit titulũ putatiuum ſecundũ Abb. in. c. de quarta. & c. ad audientiam ult. col. de præſcrip. facit qa aliud eſt quando agitur contra eũ cui ius non asſiſtit aliud ſi ei non asſiſtat. c. ad decimas de reſti. ſpo. c. i. de præſcrip. in. vi. cũ ibi no. ad idem Fe. de Se. conſi. ccxliii. ubi aliud ſentit quando agitur inter plebem in cuius plebanatu ſita eſt capella, & patronos qs eorũ præſumatur eſſe in poſſesſione, cum neutri ius asſiſtat. Aliud quando eſſet quæſtio inter patronos & ordinariũ cuius intentio eſſet fundata de iure cõmuni. xvi. q. vii. omnes Baſilice cũ. c. ſe. & c. i. de cap. mona. c. de xenodochiis de relig. domi. ac. c. cum ex iniuncto in fi. de hæret.

Secundæ deciſ. de proba. Summarium.

Sicut dominium antiquisſimum probatur per famam ita ius patronatus, & uide de uirtute probationis famæ & eius potentia.

Epithome.

1 Fama habito reſpectu ad indicia & præſumptiones unde fama traxit originem an plene uel ſemiplene probet.
2 Dominiū antiquisſimum an per ſolam famam probetur.
3 Dominium quomodo probetur,& an ſit differentia inter antiquum & antiquisſimum.uide remisſiue.
4 Fama an ſufficiat in ꝓbando iure patronatu antiqſſimo.
5 Fama in hiis quæ metam humanę memorię excedit ſatis probat.
6 Patronus ille dicitur cuius anteceſſores per centum annos præſentarunt.
7 Ex pręſcriptione temporis immemorabilis an acquiratur ius patronatus.

Secunda deciſio.

1 FAma regulariter † non facit plenā ſed potius ſemiplenam probationem.l.iii.§.eiuſdem quoq; iuncta glo.ff.de teſti.& uoluerūt aliqui ut refert Bar. in.l. admonendi.ff.de iureiur. & glo.in.c.i.de appel.c.præterea de teſti.c.illud de præſump.c.ex literis de iureiu.& ꝙ ſemiplene probet in ciuilibus.Inqt Franc.de Aret.in con ſi.lv.col.ii.adducens plures docto.ad hoc ꝙ qualiter procedat tradit Phil.Frāch.in.d.c.i.col.ii. qui omnino uideatur in materia,quinimmo ſecundū Bar.in.l. de minore.§. tormenta.ff.de quæſti. quando inditia & præſumptiones ex quibus fama traxit originem non multum urget arbitrabitur iudex quod non faciat ſemiplenā. Et quando habet ortum ab inimicis de ea non eſt curandum.c. licet ex quadam de teſti.c.cum in iuuentute de præſump.c.qualiter & quando el.ii.de accuſa.Et in quibuſdam caſibus ſolum coadiuuat abſq; eo ꝙ faciat aliquem gradum probationis Abb.in.c.ueniens.i.de teſti.ul.col.Dominium autē
2 † antiquisſimum bene probatur per famā ſolam.l.at qui natura.§.cum me abſente . ubi glo.ff.de neg. geſt.quā ita declarat ibi Ang.ad Aret.& ſequitur conſi.xxxvi.& Pau. de caſt.in.l.proprietatis,C.de proba.Soci.conſi.cclxxxiii.

col.iii.& Bal.in.l.conuenticulam.C.de epi.& cle.dicit in factis multū antiquis opinionem generalem haberi pro ueritate. Rota uero de re iud.xv.in no.dicit dominiū non probari per famā aut communem reputationē & poſſeſſionem prædeceſſoris, ſed oportet ꝙ probetur per ueras cauſas, & hoc eſt uerisſimum. ſequitur Abb.in.c.cum ad ſedem de reſti.ſpo.vii.col.licet bene releuet ab onere probandi negatiuam illum qui alias probare tenetur ſecundū eam deciſionē.xv.alias ult.in no.de proba. Sed Alex.ſimpliciter loquendo dicit ſolam famam ſufficere ad probandum dominium in antiquis in.l.rem quę nobis.vii.col.ff. de acqui.poſ.ubi adducit ita tenere multos & eſſe cōmunem opinionem omniū in.c. cum cauſam de proba. ubi
3 uideatur † an de tali antiquo quod differat ab antiquisſimo uel ſine tali differentia loquātur Bar. etiam tradit in.l. qdā in ſuo.ff.de cōdi.inſti.quomodo probetur dominiū, & ſuper intellectu glo.in.d.§.me abſente. & plures caſus ponūt Abb.in.d.c.ueniens.& Anch.in.c.ueniens.de uer. ſig.in.vi.vii.col.cū ſe. In quibus ſola fama probat plene, & ſicut probatio domini difficilis. Inquit Cy.in.l.cum res C.de proba.& Abb.in.c.ſæpe de reſti.ſpo. Ita ius patronatus cū non ſufficiat probatio.xl.annorū & ultra continue poſſesſionis, ex quo certis modis acquiritur de quibus Inn.& Abb.in rubr.de iure patro. & diuerſa ſunt eſſe patronum quia reſpicit petitorium, & eſſe in quaſi poſſeſſione cū reſpiciat poſſeſſoriū.dicit Phil.Franch.in.c. unico.ii.col.eo.titu. Videntur enim in hoc fraternizare, & in
4 eo ꝙ in probando † patronatu antiquisſimo fama ſufficit quemadmodū in dominio.& hoc ſequitur Rota meo tēpore tenendo opinionem Bald.in.l.cum ſuper.C.de rei uen.& uideatur idem Bal.in auc.quas actiones circa fi.C. de ſacroſan.eccle.& Inno.in.c.ueniens der uerb.ſig. Pro qua obſeruantia & ſententia facit quod idem Bal.in cōſi. cccx.v.uol.ſup hoc an patronatus eccleſiæ probetur per
5 literas antiquas, dicit ad propoſitū ꝙ in hiis † quæ metam humanæ memorie excedunt famā, ſatis probat ad idem

Deci.conſil.clxxiiii.ꝙ per indicia & famam probatur ius patronatus antiquiſſimum.& allegat Fede.de Se.conſilio 334.ſuper primo col.ii.dicentem negari non poſſe illum
6 † eſſe patronum cuius anteceſſores iam per annos centū præſentauerūt. Ad hęc doctrina Io.an.in regula ꝙ alicui
7 de re.iu.in.vi.in mercur.ꝙ ex † præſcriptione tēporis immemorabilis acqritur ius patronatus,licet Archi.contra, & opinionem Io.an.ſeqtur Abb.in.c.i.de relig.do.quando laycus fuit longiſſimo tempore in quaſi poſſeſſione præſentandi.Nam difficile eſt probare patronatum antiquum.& Fely.in.c.cauſam de præſcrip.iii.col. quando allegatur titulus patronatus, & ad probandū inducitur tempus immemorabile non ꝙ præſcribendo ait acquiratur ius patronatus per laycum,ſed quia ex tali tēpore præſumitur titulus, & tunc nō putat neceſſariū probare famam tituli quod eſt no. tam circa patronatus q̄ circa dominiū.

Tertiæ deciſ.de proba.Summarium.

Fama probatur per teſtes deponentes de auditu publico ſecundum Rotam Bal.& ſequaces,ſecus ſecūdū Bar. & ſequentes eū & liceat nequeat per duos induci poteſt, tamen per duos teſtes probari.

Epithome.

1 Teſtes deponentes de fama qualiter deponere debeant ut concludant.
2 Fama,rumor,communis reputatio notorium & manifeſtum quomodo inducantur,& in quibus differant.
3 Duo teſtes probant famam & notorium.
4 Publice exponit Bal.ideſt coram populo unde teſtis dicens ꝙ publice audiuit dici probat famam.& nu.7.
5 Teſtium dicta ſunt adiuuanda non cauillanda.
6 Teſtis deponens præſumptiue ex præſumptione iuris ſufficienter probat.

8 Probatio præſumptiua quando ſit concludens.
9 Teſtis deponens de auditu a pluribus, & ꝙ ſic cõmuniter dicebatur ſufficienter probat cõmunem opinionem.
10 Teſtis ꝙ teneatur reddere cauſam ſui dicti quando locũ habeat.

Tertia deciſio.

1 AD hoc ut teſtes qui deponunt de fama neceſſe eſt ꝙ dicant ſe audiuiſſe a maiori † parte hominum ſeu gentium talis ciuitatis uel oppidi cũ ex eo colligatur quod maior pars populi ita ſentit nec ſufficit dicere audiui a maiori parte populi quia non concludit ubi ſit iſta fama & dictum teſtis debet neceſſario concludere.l. non hoc.C.und.legiti. Ita Bart.in.l. de minore.§.plurimum.ff.de quæſti. ſubiiciens ſis ergo cautus ut deponat quod eſt publica uox & fama quia publice dicitur per ciuitatem ſeu a maiori parte populi talis ciuitatis caſtri ſeu uille & quod non probat teſtis dicendo quòd eſt publica uox non reddit cauſam per aliquod quòd ſenſu percipiatur non enim dicit quòd audierit a maiori parte populi, ſed ꝙ hoc dicitur,idem ſi dicat audiuiſſe publice dici cum eſſe poſſit ꝙ unus publice dicebat hãc opinionem ſequitur Ange.in.l.iii.ad mace.& Bal.in additione Spec. in tit. de ſenten.vi. col. & Alexan. conſil.xxv. uolu.iiii. in cauſa uerten.inter Antoniũ pen.col.&.cxvii.uiſu proceſſu cauſæ uertentis inter dominam Luciam prout refert Iaſ.in.d.
2 .l.non hoc facit quia fama † communis reputatio manifeſtum & notorium non inducuntur ab uno uel duobus ſed ab omnibus aut a maiori parte populi.l.i.C. de teſt. & in plus ſe habet fama q̃ rumor.c.ſuper eo cum ibi not. de eo qui cog. conſan. uxo. ſue. ubi Abb. dicit quod fama proprie eſt quando tota ciuitas ſeu uicinia aut maior pars reclamat. Rumor uero quando aliqua pars puta tertia,uel quarta & de fama. Rumore manifeſto communi opinione & notorio quid ſint in quo differant & de ma

tertia per Bart. in l. ſcriptus.ff. de religi.ut ſump. fune.& Abb.in.c.ueſtra de coha.cle.& muli.& text. ac doc. in fi. eo.tit.& aliquid per Inno.& Anch.in.c.ueniens de uerb. ſigni.in.vi.Sed aduerte quod quanuis fama & notorium
3 nequeant induci per duos teſtes poſſunt † tamen probari per duos glo.iiii.q.iii.teſtes.§.item ſæpe. Abb. in.c.tertio loco de præſump.&.c. quia nos de appella. Bal.uero in
4 c.per tuas de proba. poſt prin. in uerbo publice † expo- nit, id eſt coram populo & uicinis ſubiungens facere ad dictum teſtis dicentis ꝙ publice dici audiuit ut probet fa- mam & tenet etiam contra Bar. in.c.præterea ulti. col.de teſti.ſufficere teſtem deponere quod audiuit a maiori par te populi cum intelligatur de populo illius ciuitatis,& in- terdum ſufficit fama uicinie tex.eſt ait hic no. quod popu laris fama intelligitur illius populi uel uicinalis illius uici- nie & ſatis eſt ſi dicat quia publice dicitur per maiorē par tem populi & alias non affirmet de ſuo auditu quia ſuffi- cit quod reddat cauſam per ſenſum corporis præſumptũ per locum a communiter contingentibus, nam ſi dicatur publice & eſt unus de populo prǽſumitur audiuiſſe quod
5 ab omnibus dicitur.c.i.de poſtu.præla.quia † dicta teſtiũ non ſunt cauillanda nec calumnianda quin potius iuuan- da & ſuſtinenda pro uiribus.c.cum tu.de teſti.l. quotiens .ff.de re.dub.Ad hoc Bar.in.l.i.ff.ſi cer.pe.iii.col.ubi uult ſatis eſſe quod dicat ſcio quia uicinus, quia & ſi non infe-
6 rat neceſſario cum poſſit eſſe uicinus & ignorare † ſuffi- cit ꝙ concludat præſumptiue ex præſumptione iuris tali quæ ad condemnationem ſufficiat præſumitur autē ſcien tia ex ſenſu corporis ſufficiens ad condemnationem,ut in iuribus adductis ibi per Bar.ita eiam Lanfranch. in repeti tione.c.quoniam contra in uer.teſtium depoſitiones col. iiii.& ſecundum Bal.in.d.c.præterea.Ita cōſuluit Dyn. ad idem.c.literas de præſumpt. ibi publica uoce ex quo etiā
7 tex.infert Bal.ad dictum teſtis † qui dixit ſe audiuiſſe pu- blice dici quia intelligitur publica uoce dici a populo & ſic probat famam. Ita enim eſt aptior expoſitio ſecūdum

communem intellectum loquentium ad quem eſt recur-
rendum.c. ex literis el prio de ſponſa.l.labeo uer.uerum
.ff.de ſuppellecti.lega.ita etiam referendo Bal.tranſit Iaſ.
in.d.l.non hoc & opinionem Bal.ac ſequatiũ ſeruat Ro-
ta admittendo probationem fame per depoſitionem te-
ſtium de publico auditu quòd in pluribus cauſis audiui a
dominis. Et in una Roman. domorum coram domino
Camillo de Ballionibus.1519.inter Mattheos & Capite-
ferros in qua quærebatur an eſſet probata fama p quinq
teſtes prout ſtatutum requirebat, & contentabatur taliter
probari poſſe metum,cum allegaretur Bart.ubi ſupra ꝙ
nõ ſufficiebat dictum de auditu, fuit a domino Mercurio
de Vipera &.d.Iacobo Simonetta,& quibuſdam aliis re-
ſponſum ꝙ contra opinionem Bar.erat obſeruantia.pro
qua facit quia in probanda fama non ſumus in probatio-
ne neceſſaria,ad quam inferunt rationes Bar.ſed ſumus in
præſumptiua in qua ſatis eſt ꝙ ſequatur per ſenſum iuris
præſumptione,ut per Bar.in.d.l.i.& Bal.in.d.c.præterea.
& late in.l.conuenticulam.C.de epi.& cle. ubi in.iiii.col.
8 inquit ꝙ in probatione † præſumptiua aut uolumus pro-
bare actũ in genere,puta ꝙ aliquis ſit male fame. aut pau
per & ſimilia,& tunc ſufficit ratio quia ſum uicinus, quo-
niam concludit per communiter contingentibus. Si uero
actum in ſpecie,& tunc aut eſt actus a cõmuniter acciden-
tibus qui conſueuit eſſe notus uicinis,ut mors & etas.ad
idem.l.ortam.ff.unde cog.aut non conſueuit eſſe notus a
cõmuniter contingentibus uicinis uel habet ſe pariter ad
notum & ignotum ut homicidium Petri uel furtum de re
Martini,& tunc non probat in fama,uel ſumus in proban
do actu in genere uel in ſpecie qui conſueuit eſſe notus ui
cinis cum non cauſetur,ut eſt dictum,niſi a toto uel maio
ri parte populi unde non eſt neceſſaria. Ita exacta proba-
tio nec per ſenſum uerũ,quod no.in materia ad hoc per-
tinenter facit quod dicit Inno.& poſt eum Ancha.in.d.c.
ueniens.de uerb.ſig.in.vi.v.& pe.col.ꝙ licet in probanda
9 cõmuni opinione † debeat teſtis dicere ſe a multis audi-

uiſſe,quos interrogatus,ſi nominat bonũ eſt, tamen ſi re-ſpondeat non habere memoriam de aliquo, quia nec re-cordatur de certo,ſed quòd cõmuniter dicebatur. Vide-tur nihilominus ualere teſtimonium allegata.l. in ſumma .§.idem labeo.ff.de aqua plu.arcen.Item a communi uſu loquendi uidetur teſtes aperte deponere de cauſa ſcien-tiæ dicendo ſic cõmuniter audiui dici. Et probat quanuis non repetat dicto tempore uel in dicta ciuitate.Nã depo nendo contenta in articulo eſſe uera, quia ſic cõmuniter audiuit dici intelligimus rationem dicti ipſius teſtis de eiſ-dem loco & tempore contentis in articulo non de aliis, ne alias eſſet ſibi cõtrarius.& in falſum incideret atq; eius dictum non ualeret.d.c.cum tu.cum uulgaribus. & tanto magis procedit opinio Bal.& Rotæ,quando teſtis reſpõ dens de publico auditu uel de publica fama non eſſet in-terrogatus quomodo ſcit,qa quanuis dictũ teſtis ſine red
7 ditione † cauſæ non probet.l.ſolam.C.de teſti. tamen eſt uerũ in hiis quæ percipiũtur iudicio intellectus non quæ ſenſu corporeo, dominium nanq; & in corporalia cum ſi milibus iutellectuali iudicio percipiuntur, & in talibus te-ſtis debet dicere cauſam ſui dicti etiam non intterogatus ad hoc ut probet in aliis quæ per ſenſum corporeũ quis percipit ualet dictum ſine ratione quando non interroga-tur de ea,ſed ſi interrogatus non redderet uel non bonam asſignaret non ualeret. Ita Inno.in.c.cum cauſam.eo.tit. Pau.de ca.in.l.proprietatis.C.de proba.& Bal.in.d.l.ſo-lam ſubtiliter declarans & diſtinguens id quod eſt notum quo ad plenam notitiam per ſenſum corporis ut per ui-ſum auditum & cæteros eiuſdem generis in quibus ſen-ſus non decipitur circa obiectum proprium, ſicut in con-tractu uel maleficio de quibus plena habetur notitia per uiſum & auditũ ab eo probando quod non eſt obiectum ſenſus ſed intellectus,ut dominium & ſimilia.& de utriſq; eſt tex.inſti.de re.corpo.& incorpo.in princi.& uſq; ad fi-nem.ſed fama quæ eſt obiectum ſit nota per ſenſum cor-poreum exteriorem.ſ. per auditũ non per interiorem ut

hoc termino utar, ergo probat ſine cauſa ut ſupra. Nec ſumus in caſu in quo plurimũ laboret rem intellectus licet in facto conſiſtat ut in probando aliquẽ ebrioſum uel furioſum, nec ubi requiratur prædominiũ intellectus ſupra ſenſum in quibus non creditur teſti. niſi applicet rationem concludentem ex ſenſu quod eſt in omnibus quę ſunt difficilis probationis ex eo quod uideri uel ſentiri non poſſunt directe, ut adulterium & reliqua eiuſdem qualitatis quæ Bal. per regulas & exempla tradit in. d. l. ſolam. cum fama non ſit eiuſmodi ut patet. & conferunt etiam ad hãc concluſionem motiua quæ adduco ſuper illo dubio incipiente pluries coram domino. M.

Quartæ deciſ. de proba. Summarium.

Impetrans beneficium quod aſſerit eſſe de iure patronatus laycorum tenetur pro ualiditate gratiæ probare ꝙ ſit in pręſcriptioue ſiue conſuetudine ſecus ſi per uerba ut aſſeritur uel equipollentia aut ſi aſſerat eſſe laycorum aut clericorum alternatiue quia tunc dicente eſſe laycorum incumbit hoc probare & quod ſit ex conſtructione fundatione ſeu dotatione ad nullitatem gratiæ.

Epithome.

1 Verbum ut aſſeris uel ut aſſeritur in gratia appoſitũ quomodo oneret uel releuet ab onere probandi narrata & nu. 6. & 8.

2 Fundatio conſtructio & dotatio equiparantur in iure.

3 Prouiſio Papæ etiam motu proprio facta nõ præiudicat iuri patronatu laycorum.

4 Ius patronatus ſi ex præſcriptione acquiritur quibus noceat.

5 Iuris patronatus laycorum ex conſuetudine ſeu præſcriptione an in literis prouiſionis uel expectatiuis mentio ſit facienda.

7 Beneficium an præſumatur liberum uel ſeruum a natiui-tate.

9 Verbum ut aſſeritur tanquã generale & imperſonale non cenſetur prolatum per impetrantem.

10 Probatio aſſerentis beneficium de iure patronatu laycorum uel clericorum eſſe an ſibi uel impugnanti incumbat & nu.12.

11 Derogatio aut mentio iuris patronatus clericorum in literis neceſſaria non exiſtit.

Quarta deciſio.

HActenus obſeruatum eſt ut audio ab antiquis patribus & meo tempore in palatio quod ſi in impetratione beneficii dicitur tale beneficium quod ut
1 aſſeris † de iure patronatus laycorum exiſtit impetranti incumbat onus probandi ꝙ ſit ex præſcriptione uel conſuetudiue ut ſic excludat quod non ex fundatione uel dotatione aut cõſtructione alias prouiſio ſine derogatione & abſq; patronorum conſenſu eſt nulla.c. decernimus.xvi. q.vii.ſecus ſi dicatur quod baneficium ut aſſeritur de iure patronatus laycorũ exiſtit uel per alia uerba equipollentia.tunc enim aſſerenti patronatum laycalem etiã poſſeſſori beneficii ad excluſionem prouiſionis & ſi impuganti eam incumbit probare ꝙ ſit laycorum & ex conſtructio-
2 ne † fundatione aut dotatione cum in hoc iſti tres equiparentur ut no.glo.in.c.pie mentis ea.q.Inno.& Abb.ſuper rubrica de iure patro. ratio nullitatis eſt ne layci a conſtructione fundatione uel dotatione retrahantur ſecundũ gl. in.c.nobis & in.c.cũ dilectus ubi etiam Abb.eo.ti.& But. in.c.dilectus de off.leg. propter quam rationem Papa in dubio non uidetur uelle præiudicare iuri patronatus laycorum nec poteſtate quam habet in derogando etiam ſi
3 prouideat † motu proprio ſecundum Rotam deciſione lxxi.in antiq.de reſcript.Ita quod concluditur inualiditas quæ ut inquit Fely.in tracta.quã.lite.apo. no.patro.col.i.

non reperitur iure ſcripta ſed eam ſumpſerūt iure ſcriben-
tes ex ratione dicti.c. cum dilectus ac iurium ſimilium &
ipſam fortificat Fely. per multa ſimilia & bonas rationes
quæ ſatis mentem iuris aperiunt.l. ſcire oportet.§. ſufficit
.ff.de excuſ.tuto.But.uero in.d.c.dilectus allegat ad hoc
tex.in cle.per literas de pręben.qui re uera in alia materia
loquitur licet in ſimili bene faciat.prædicta autē ratio ceſ-
ſat quādo eſt ex conſuetudine uel præſcriptione dicit Bu.
in.d.c.dilectus & ibi Car.etiam & Fed. de ſen. conſi.lxiii.
alias.lxiiii.incipiente infraſcripte quæſtiones ac alii quos
refert & ſequitur Fely. in.d. tractatu in.xi. limitatione fir-
mantes eo caſu poſſe legatum de latere conferre quan-
uis contrarium ſentiat Innocen. in.d.c. dilectus in fi.qua-
ſi etiam hiis caſibus poſſent retrahi layci a benefacien-
do eccleſiæ cuius opinio eſt contra communem & conſi
deratio falſa ſecundum Alexan.conſilio.lxxiiii.col.ul. uo
4 lu.iiii.dicentem quod layci † non retrahuntur a fundatio-
ne eccleſiarum quando de ſuo proprio non poſuiſſent ad
tale ius quærendum immo potius eſt præſumendum ut
non multum curarent de præſcriptione quærenda uiden-
tes parum eis prodeſſe licet pro ueritate proſit ſaltē con-
tra collationes ordinariorum contra quos eſt præſcriptū
ut tenet But.Car.& Imo.in.c.dilectus & Alexā.in.c.hor-
tamur.lxxi.di.in fi.ſed nihil contra papam aut legatos de
latere ex quibus patet quod opinio Imo. quam Deci. ſe-
quitur conſi.126. non ſubſiſtit niſi forſitan in uno caſu ad
quem Deci. uidetur ſe reſtringere & ipſum tentat Fely.
ſub dubio forte in.d.xi. limitatione pro quo facit quòd
Io.an.adducit in regula quòd alicui de regu. iur. in mer-
cur.col.ult.& Abba.in.c.quærelam.col.iii.de elec. & idē
Fely.qui uideatur in.c.cauſam quæ col.iiii.de reſcript. &
Alexan.in.d.c.hortamur.lxxi.di. col.ulti. dum dicit utile
eſſe uendicanti ius patronatus quod ad illud præſumen-
dum alleget præſentationes plurimas in curſum tempo-
ris & ſic in eo caſu poſſet defendi opinio Imo. nō tamen
ſimplicitet uerū eſſet de iure ex communi ſententia quod

Deci.ait in allegato conſi. & Fely. in.d.xi.limitatione iuxta ſenſum Modernorum tunc Rom.cu.refert ut in curia Roman.præualeat quod non differat patronatus ex fundatione a patronatu ex præſcriptione, quinimmo hoc tẽpore iudicatum eſt quòd de iure patronatus laycorũ eccleſiæ ratione non autem patrimonii. Item laycorum ex
5 † conſuetudine uel præſcriptione in literis collationũ Papæ ſeu expectatiuis non ſit neceſſaria mentio prout in deciſione quæ incipit memini ſub titulo de iur.patron. alias de proba.dixi quam uideas quia confertur ad iſtam & cõſideratio Alexan.in.d.conſil.lxxiiii.ut layci non retrahantur ex quo nihil ponũt de ſuo proprio quam etiam Car. Alexan. ponit in.c. hortamur.lxxi.di.facit ad id quod in d.deciſione tetigi. Quid ſi ius patronatus competeret ex priuilegio & pro deciſione iſta & aliis adductis eſt uulgatum conſi.Car.Zab.lxix.uim faciens & diſtinguens
6 uerba † ut aſſeris a uerbis ut aſſeritur. In primo nanq; caſu aſſerens patronatum laycorum habet contra ſe quod ſit ex conſtructione fundatione ſeu dotatione ex eo quòd beneficia non naſcuntur,ſed fiunt unde in dubio conſtructa fundata aut dotata per patronos uidentur ad hoc tex. in.d.c.quærelam & ibi.Abb.iii. col. ponderans ipſum & idem Abb.conſi.lxxvi.&.cvi.uol.ii.quo ſtante aſſerens tenetur probare eſſe aliter patronatum beneficium quàm ex conſtructione fundatione ſeu dotatione cum modis præmiſſis uel uno ex eis exiſtere aſſeruerit & huiuſmodi expreſſio ſit pars gratiæ ex quo uerba ut aſſeris referuntur ad impetrantem & ſic cauſa intentionis ſuæ ad regulã .l.ii.ff.de proba.& no.Io.an.in.c.i.ut lite non conte.in.vi. quam ſequitur Abb.in.c.ii.col.ii.de præſumpt. & ad collecta per Fely. in.c.ad aures in.iii.concluſione & col. de
7 reſcript. Et omiſſio an beneficium † magis præſumatur a natiuitate liberum quàm ſeruum de quo Rocch. in trac. de iur.patro.in uerbo conſtruxit in quæſtio.xx.ubi pro & contra qui uideatur & eo quod no. Bal. in.c. ſignificauit de teſti.quod ſi tempore edificationis naſcitur liberũ nun

quam poſtea recipit ſeruitutem licet ſecus ecõtra dato tamen patronatu ſemper placuit mihi hæc pars ut in dubio potius præſumatur quòd ſit uno de tribus modis prædictis uel duobus aut omnibus quàm ex præſcriptione uel conſuetudine, quoniam occurrit præſumptio quòd beneficia non naſcuntur. Item tollitur coniectura libertatis de præſenti & etiam ab origine cum ex præſenti ſtatu patronatus præſumatur in præteritum.l.circa de præla.l.liberis.§.fi.ff.de liberis cau.Egid.deciſione.591.&.l.ex perſona.C.de proba.iuncta glo.& ibi Bal.magiſtraliter regulam iſtam declarat firmans eam procedere in materia contingenti qualis eſt iſta, quãdo præſens ſtatus ſeruitutis poteſt concurrere cum naturali ueritate antecedentis, ut ſi præſumamus conſtructionem ſeu dotationem ab exordio & conſequenter ſeruitutem ſicut præſumere debemus per tex.in.d.c.ſignificauit a contrario ſenſu prout rota intelligit & deciſione tertia in antiq. de iure patro.ſicut & in iuribus allegatis præſumitur de libertate, & de non facultatibus & ſicut alias ex præteritis circa futura.c.mandata de præſump.uel ſaltem onus probandi libertatem transfertur in aſſerenter propter dictas coniecturas ſeruitutes arguentes.l.ſi poſſidetis & ibi glo.C.de proba. &.c.unico ubi etiam glo.allegans concor. in uerbo actore ut eccle. benefi.ſi.di.confe.& Rota deci.xv.& ſi.de iud.in no. Aduerte tamen qa attento fundamento quod beneficia ſiũt & non naſcuntur, item ꝙ dotantur ꝙ ſine fundo non daretur exiſtentia quòd omnia beneficia mũdi eſſent patronata, tamen uidemus ꝙ pro maiori parte ſunt libera, ideo dixi ſupra ſuppoſito ꝙ reperiatur ius patronatus ut tunc motiua quæ adduxi militent. Secundo uero caſu quando
8 uerba † ut aſſeritur uel per alia non aſſertiua dicitur de patronatu laycorum impetrans nihil affirmat quod ſit laycorum, nimirum ſi poſſeſſor beneficii uel alius aſſerens eſſe tale in hoc dicitur eſſe actor & tenetur probare quòd aſſerit ut eſt dictum per iura & regulas allegatas & bene ſeruiunt motiua Car.in.d.conſi.lxix.& per hoc rota opti-

9 me deciſ.lx.in antiq.de reſcrip.dicens quod uerba † ut aſ
ſeritur in gratia circa expresſionem ualoris poſita ſunt ge
neralia & imperſonalia & ideo nõ adſtringunt partes nec
uidentur prolata per impetrantem ſecus in uerbis ut aſſe-
ris quæ ad partem referuntur & alia.lxxvi.eo tit.ꝙ ſuppli
catio ſignata per Papã ꝑ uerba ut aſſerit eſt ſurreptitia niſi
ita ſic ſecus ſi per uerba ut aſſeritur.Tertio caſu quãdo di-
10 citur ꝙ beneficium † ut aſſeris de iure patronatus layco-
rum uel clericorum exiſtit tunc etiam probandi onus ꝙ
eſſet laycorum incumberet impugnanti literas prouiſio-
nis ex quo impetrans nõ fundat ſe nec firmat pedẽ quod
ſit laycorum cum loquatur alternatiue uel clericorum in
quo loquendi genere ſufficit alteram partem eſſe ueram
.l.ſi quis ita ſtipulatus fuerit.ff.de uerb. oblig.& regula in
alternatiuis de reg.iur.in.vi.& ſi eſſet clericorum ſolet de-
rogari ex ſtilo quinimmo quando eſſet laycorum & cle-
ricorum ſimul quia dicitur in derogatione ſi laycorũ tan-
tum & ex fundatione uel dotatione pro medietate alias
in totum quo ultimo caſu niſi derogaretur præponderat
qualitas laycalis in mixtura annullans prouiſionem ut ple
ne ꝑ Fely.in.d.tracta.quã.lite.apo.in.vi. ampliatione col.
11 v.Sed in primo † non eſt neceſſaria mentio nec deroga-
tio unde omiſsio non uitiat prout eſt communis uſus &
firmat Fely.poſt Rot.in.d.tracta.iii.limitatione col.vii.&
12 annotaui in allegata deciſ.incipiẽte memini & ita † in una
cauſa corã domino Martino de Spinoſa in qua erat clau-
ſula alternatiua fuit concluſum de anno.1523. de mẽſe Iu
nii quod menti tene ad limitationem ſeu declarationem
præfacti conſi.Car.lxix.uel qa eſt tertius caſus ibi non ex-
preſſus & ſæpe contingens ac utilis merito notandus in-
quit tex.in.l.legaui in prin.de lib.lega.& non aſpernẽdus
ait in hiis terminis Bar.in.l.uerus.§.duorũ in fi.de leg.ii.

De præſumptio.

Vnicæ deciſ.de præſump.Summarium.

Pro

Pro proceſſu & iuriſdictione præſumitur quando ſen-
tentia in qua recitantur acta fuit lata parte præſente & non
appellante.

Epithome.

1 Ad ualiditatem ſententiæ, proceſſus & iuriſdictio ſunt ne-
ceſſarii.

2 Præſumitur pro proceſſu in ſententia lata parte præſente
& non appellante.

Vnica deciſio.

VIcarius qui dicebatur de Boltanya
oſcen.dioc. impugnabat ſententiam
1 † quæ contra eum producebatur in
cauſa dicte uicarie ſuper crimine hæ-
reſis quo erat condemnatus per inq-
ſitores hæretice prauitatis ſub prete-
xtu quod non doceretur de proceſ-
ſu quem inquiſitores non concedunt
dari alicui. Item quia de poteſtate & iuriſdictione inqſito
rũ non apparebat.l.unica.C.de man. prin.c.cũ in iure de
offi.deleg.gl.in.c.i.de cen.in.vi.c.quoniã contra de ꝓba.
auc.ſi qs in aliquo.C.de eden.non obſtante quod acta re
citabantur in ſententia, ſed coram.d.Hugone de Spina.
2 † 1514.fuit cõcluſum quod præſumebatur pro ꝓceſſu ex
ſententia ex quo fuerat lata cõtra ipſum præſentem & nõ
appellantem per doctrinam Inn.in.d.c.cum in iure com-
muniter approbatam ubi etiã Abb. & Bar.in.l.i.C.de re-
lati.& Abb.poſt alios in.d.c.quoniam contra col.xv.

De iureiurando.

Primæ deciſ. de iureiuran. Summarium.

Ad iurandũ per horreſcentiam ſufficit clauſula de quo
cunq; licito uel honeſto iuramento præſtando maxime ſi

detur poteſtas iurandi de calumnia ac cuiuſcꝫ alterius li-
citi aut honeſti iuramenti præſtandi fortius ſi neceſſarii.

Epithome.

1 Iuramentum perhorreſcentiæ poteſt præſtari per haben-
tem de ſuper ſpeciale mandatum.

2 Clauſula ad pręſtandum quolibet licitū & honeſtum iura
mentum eſt ſufficiens adiurandam perhorreſcentiam.

3 Iuramentum perhorreſcentiæ licet debeat præſtari ab ini
tio tamen uirtute innocentianę in rota poteſt præſtari
quandocunqꝫ.

Prima deciſio.

DOctrinam Io.an.& ſequacium
de qua in.c.ut circa in fi.de ele.
in.vi.quod in caſu.d.c.&.c.ſta-
tutū.§. cum uero de reſcri. eo.
1 lib.ubi de iuramento † perhor
reſcētiæ ꝙ poſſit præſtari per
alium qui habeat de ſuper mā-
datū meo tempore ſeruat Ro
ta quāuis Archi.teneat contra-
riū ponderando uerba per pro
prium iuramentum.Domi.uero poſt Io. an.magiſtraliter
in.d.c.ut circa diſtinguit ꝙ aut iura requirunt ut quis iuret
ſimpliciter & poteſt per aliū,ut patet incle.i.de iureiur.cū
autem exigunt iuramentū alicuius in propria perſona uel
proprie manus ipſius & non poteſt per aliū ſecundū Io.
an.aut requirunt propriū iuramentum illius qui facit actū
& tunc aut ipſe facit actū in propria perſona & per ſe iura
re debet aut facit per aliū & per eum iurare poteſt dum ta
men habeat ſpeciale mandatū quia ut dicit Io.an. quāuis
tua perſona uel tua manus non ſit mea tamen iuramentū
quod ſpeciali mandato in animam meam præſtas meum
eſt patet quia ſi ſit falſum cenſeor periurus,c.ii.de iureiur.

in.vi.& prædicta ſecundum Domi.faciunt ad no.in.l.ii.§. quod obſeruari ubi etiã Cy.& Bal.C.de iura.calum.& ita in una gerũden.manſi coram domino Martino de Spino ſa.1516.& in alia Ianuen.pluriũ milium coram me.1518.
2 Rota uoluit ad iurandũ † perhorreſcentiam ſufficere mandatum in quo dicatur ꝙ posſit prſtari quodlibet licitum uel honeſtum iuramentum in animam conſtituentis,cum tale iuramẽtum ſit licitum. Item honeſtum a iure approbatũ, & in uerbo quodcunq; ueniat illud.l. ſi pluribus.ff. de lega.ii.& fortius ſi eſſet uerbũ neceſſarium ex quo neceſſarium eſt quando reſcriptũ fundatur in perhorreſcentia & ſignatura reſpondet præſtito iuramento prædicto,
3 quia alias iudex niſi præſtaretur † ab initio non haberet iuriſdictionem ut.d.§.cum uero.& ibi no.licet uirtute Innocentianæ in Rota præſtari poſſet in fine primæ aut ſecundæ ſentẽtiæ refectis expenſis,& hoc ſecurius ſi eſſet facultas ad iurandũ de calumnia & quodcunq; alterius generis licitum & honeſtum aut neceſſarium iuramentũ præſtandũ,quoniã & ſi procurator generalis iurare nequeat, ut no.glo.pe.in.d.c.ut circa.& non ſit ſpecialitas ad iurandum de perhorreſcentia in dictis uerbis, expresſius caſus iuramenti calumnie requirens ſpeciale mandatum.c.ſi.de iura.cal.& no.glo.in.c.qui ad agendum. de procur.in.vi. ſubiecta clauſula generali de quocunq; alio iuramento, quo caſu ueniunt alii ſimiles etiam pares,ut in.c.ſedes. de reſcrip.&.d.c.qui ad agendum cum ibi no.& ſatis eſſet ꝙ iuramentum perhorreſcentiæ non eſſet magis q̃ calũnie.

Secundæ deciſ.de iureiu.Summarium.

Diſpoſitio penalis.l.ſi quis minor.C.de tranſac.fundata in periurio procedit etiam in contractu cenſuali & alio quocunq; contra iurantem non contra eius ſucceſſorem uel hæredem.

Epithome.

1 Pena.l.ſi quis minor.C.de tranſac.an habeat locũ in omni contractu iurato.& nu.7.

2 Cenſus an habeat caducitatē ob non ſolutionem.& nu.6.
3 Iuramentum an debeat regulari ſecundum naturam contractus cui eſt appoſitum.
4 Pena ſpecialis quæ a iure non eſt expreſſe ſtatura imponere non debemus.
5 Pena certa a iure inducta & non alia eſt imponenda.
6 Vaſallus amittit feudum in ſolis caſibus in quibus id iura diſponunt.
7 Periuriū an faciat quē cadere a iure contractus ipſo facto.
8 Iuramentum ex parte iurantis eſt perſonale & non tranſit ad hæredem.
9 Iuramentum non facit hæredem & de foro eccleſiaſtico ſi alias non eſt.
10 Hæres ex iuramento defuncti periurus non exiſtit.
11 Iuramentum ex parte recipientis & perſonale & reale eſſe poteſt.

Secunda deciſio.

QVod cadat qs a iure contractus cenſualis iurati ſi non ſoluat ratione periurii in una Valētina caſtrorum.1519.coram.d.Io.an.de Triuultiis inter magiſtrum &ordinem ſancti Iacobi de Spata &.N.de Guyl. militem caſtrorum poſſeſſorem,tenuit maior pars domi
1 norum † per.l.ſi quis maior.C.de tranſac.prout in omni contractu intelligunt eam docto.quos ibi refert & ſequitur Iaſ.ii.col.Aliqui tamen ex dominis cōtradicebant cū uideretur eis rigoroſum ꝙ in penis fieret extenſio.l.cum quidam de lib.& poſth.l.interpretatione.ff.de pe.c.odia
2 de reg.iur.in.vi.maxime in ipſo contractu cenſus † q non habet caducitatem ob non ſolutionem.c.conſtitutus.ubi glo.& docto.de relig.domi.& propterea iuramentū de
3 bebat † regulari ſecundum naturam contractus.l.fi.C.de non nu.pecu. Pro quorum opinione conſiderabam non inducere perditionem iuris nec priuationem quod nō eſt lege cautum.tex.eſt notabilis in auc.de non eligen.ſecun. nuben.§.cum igitur col.i.quem ponderat Bal.in auc.ex

teſtamento ult.col.C.de ſecun.nup.& quia erubeſcimus, & eſt periculoſum in hiis terminis ſine lege expreſſa hoc firmare.l.illam.C.de colla.in auc.de tri.& ſemi.§.conſide remus col.iii.Item quia non debemus imponere penam
4 † ſpecialẽ quæ a iure expreſſe non eſt ſtatuta.glo.eſt men ti tenenda ad propoſitum in.c.fi.de iur.patro.quam ſequi tur ibi Abb.& in.c.quærelam.iii.col.de iureiur. Et quan-
5 do † certa pena eſt a iure inducta non eſt alia imponenda niſi per habentem plenitudinem poteſtatis.c.bone.ii.iun- cta gl.de elec.ubi Abb.& in.c.uenerabilis.viii.col.uer. cir ca primũ de except.pena ergo ſtatuta in tranſactione non inducatur in hoc caſu. Ad idem quia ſi eſſet in materia feu
6 di uaſallus † non perdit feudũ licet ueniat contra iuramen tum fidelitatis niſi in caſibus in quibus id iura dicunt. text. eſt in.c.i.§.illud.ii.quæ fuit pri.cau.benefi.amit.in uſi.feu. Ita Alex.cõſi.ciii.uidetur prima conſideratione pe. col.i. uolu.adducens plura facientia ad iſtam partem,nec etiam cadit ob non ſolutionẽ annue penſionis debite proferen do ſecundum communiores cõcluſiones, ut inquit idem Alex.in conſi.xix.uiſo themate uol.iii.nam & caſus pena les ſunt ſtricti iuris.ideo non extenduntur.l.in teſtamento la.i.ff.de condi.& demon.& in eis clara & plena exigitur probatio ſecundum Bal.in.c.i.col.fi.quali.domi.propri. feud.pri.qui notat primũ in.l.cum proponas col.fi.C.de hære.inſti.Et nihilominus pro ſententia maioris partis fa- cit.c.quærelã de iureiur.& ibi glo.i.& fi.ac etiam Bal.no-
7 tans ꝙ periuriũ † facit quẽ cadere a iure contractus ipſo facto.& Alex.conſi.lxxxv.non puto.i.uol.ubi dicit cõmu niter teneri penam.d.l.ſi quis maior habere locum in om ni cõtractu iurato.& quòd diſpoſitio exorbitans tendens ad maiorem obſeruationem iuramenti extenditur de ca- ſu ad caſum ex identitate rationis,ut no.per glo.& doc.in auc.ſacramenta puberũ.C.ſi aduer.uend.& Iaſ.conſi.cvi. Magnifice prętor.v.col.iii.uol.ac idem.Iaſ.in.l.ii.in.ix.q. .C.de iure emphy. ubi firmat non inuenire contradicen- tem . & tenendo hanc partem poteſt reſponderi ad.d.§.

illud.quod loquitur in iure conſuetudinario feudorũ ſin-
gulari contra regulas iuris cõmunis.ideo non eſt trahen-
dum in conſequentiam.l.quod uero contra cum ſe.de le-
gi.Ita Bart.in.l.ut iuſiurandi.§.ſi liberi.ff.de ope. liber.&
ad illud de pena ꝙ periuriũ non eſt proprie pena ſed cri-
men propter quod pena infertur, ut ait Bal.in.l.obſerua-
re.§.proficiſci.iii.col.ff.de offi.proconſul.hoc tamen non
eſt excludere quin ſimus in materia penali. Verum eſt ꝙ
d.l.ſi quis maior exigit dolum ſine quo periuriũ non in-
curritur.l.qui iuraſſe in prin.ff.de iureiurã.xxii.q.ii.quæri-
tur.§.itẽ opponitur.de quo in terminis.d.l.ſi quis maior.
Bal.in.d.§.proficiſci.& Alex.qui uideatur in.l.ſi.ff.qui ſa-
tiſda.cogan. quælibet autem cauſa etiam iniuſta excuſat a
dolo.l.igitur.§. poteſt.ff. de libe. cau. & Iaſ.in.d.l. ſi quis
maior.i.col.Suppoſita autem parte affirmatiua pro com-
muni fuit ab omnibus concluſum ꝙ ſi in cõtractu cenſua-
8 li iuramentum † litigabat iurantem non tamen eius hære
dem nec ſucceſſorem.c.ueritatis de iureiu.ubi non eſt ille
caſus,ſed concluſio eſt uera quam tenuit Io.an.in.c.ſi. de
ſepult.i.col.dicens ꝙ hæres non obligatur ex iuramento
9 defuncti,neq; eius occaſione poteſt † trahi ad forũ eccle-
ſiaſticũ & doc.communiter firmant in.d.c.ueritatis ut re-
fert & ſequitur Abb.ibidem ulti.col. ꝙ iuramentum non
tranſit in hæredem etiam ſi quis iuraſſet pro ſe & ſucceſſo
10 ribus ac hæredibus.Et tales nunquã ſunt periurii † ex iu-
reiurando defuncti ac.c.pe.eo.ti.Nam in ſpiritualibus li-
gatur anima quæ ſine proprio conſenſu ligari non poteſt.
Idcirco in eis requiritur ſpeciale mandatum.c.ſi. de iura.
cal.in.vi.Secus in temporalibus in quibus obligatio tran
ſit in hæredes.l.unica.ut act.ab hære.& con.hære. Inc.l.
ueteris.C.de con.& cõmitten.ſtipu.Quáuis ergo iuramẽ
11 tũ † ex parte recipientis quandoq; ſit perſonale quãdoq;
reale ex parte tamen iurãtis ſemper eſt ꝑſonale,prout cõ-
cluſiue infert Abb.in.d.c.ueritatis.Sed prędicta procedũt
non ligari hæredes quoad cenſuras & penas animæ, ſed
reſpectu pene caducitatis ac reſolutionis contractus.Sunt

uarie doctorum ſententiæ ſicut domini fuerunt uarii.

De exceptionibus.

Primæ deciſ.de except.Summarium.

Obiectus dare non poteſt regulariter ueniens ad cauſam uigore clauſule omneſq; alios poſt terminum ad articulandum bene ſeruatū niſi contra iura quæ poſt ipſum terminum quandocunq; producūtur in obſeruatione termini ad dicendum contra ea.

Epithome.

1 Tertius ueniens ad cauſam pro ſuo intereſſe poſt terminū ad articulandum bene tentum, an admittatur ad dandos obiectus.

2 Obiectus quando poſt terminum ad articulandum dari poſſunt.& nu.4.

3 Admiſſus a iudice ad cauſam & non antea poteſt uidere regeſtrum.

5 Obiectus contra iura quecunq; poſt terminum excluſiuū producta dari poſſunt.

Prima deciſio.

1 VTrum ueniens † ad cauſam uigore clauſule generalis oēſq; alios poſt terminum ad articulandum bene tentum poſt quem Rota non admittit obiectus ut eſt deciſio.viii.& .ix. de exceptio.in antiqui.&.xxxiii. de proba.& de teſti.xxvii.quæ fecit differentiam inter cauſam ſpiritualem & prophanam poſſet dare materiam obiectiuam corā domino Sibínicen.de mēſe Aprilis.1521.fuit dubitatū in una cauſa.N.& mihi uidebatur prima facie q̄ poſſet quia quādo

uenit ad cauſam dicitur habere eius notitiã non ante, un-
de quia prius non potuit liceat cum primũ poteſt a ſimili
eius qui poſt terminũ excluſiuũ ex noua ſcientia & cauſa
admittitur.l.de etate.§.ex cauſa.ff.de interrog.act.c.paſto
ralis de excep.& facit.c.inſinuante de offi.dele.&.c.ut cir
ca in uer. niſi aliquid de elec.in.vi. Et quia ſine culpa non
debet excludi.c.cognoſcentes de conſti. Item quia etiam
2 poſt terminum † ad articulandum Rota admittit obie-
ctum quando ante dictum terminum dari non poterat,ut
ſi producat gratiam poſt terminum prædictum citatus ad
dicendum contra gratiam,poteſt tunc obiicere contra eã
etiam ſi omnes terminis eſſent tenti ſed caueat ut ſtatim
in eo termino obiiciat, quia poſtea non audiretur, pro-
3 pterea nemo † admittitur ad uidendum regeſtrum niſi
admiſſus a iudice a cauſam, ita ꝙ ſtatum litis antea igno-
rauit. Scientia enim non præſumitur.l.uerius.ff. de pro-
ba. & uidens cauſam agitari contra alium quæ ad eũ ſpe-
ctabat uenit ad iudicium inuitatus & inuitus.l.inter ſtipu-
lantem.§.i.ff.de uer.obli. Sed fuit a maiori parte conclu-
ſum quòd non poſſet quia admittitur ad ſtatutum ſi petiit
& ſine petitione & iure.c.ſi hii contra quos ut lite pendẽ.
in.vi.& quia gaudet beneficio ſtatus litis debet cum quali
tate eſſe admiſſus & onus pati.l.eum qui.ff.de iureiur.Itẽ
in poteſtate ſua erat uenire uigore noue commisſionis &
non clauſulę generalis, & tali caſu non arctari ad ſtatum
cauſæ cũ ſuis qualitatibus.Imputet ergo ſibi regula dam-
num de reg.iu.in.vi.&.l.ii.§.quod diximus.ff.ſi quis caut.
4 Poſſet tamen dari poſt terminum † obiectus quando de
nouo peruenerit ad notitiam ſuper quo ſtatur iuramento
partis.c.ut circa.ut ſupra de elec.in.vi. & cle. conſtitutio-
nem.eo.ti. Item in propoſito ueniendo cum noua com-
misſione de nouo ad cauſam non utendo ſtatu, uel cum
commisſione aduerſarii citando in ingreſſu aduerſarium
ad dicendum contra commisſionem, & ſucceſsiue ad li-
bellandum, quia non eſt tunc quòd imputetur uenienti
ad litem,nec de quo conqueratur aduerſarius. Item ſi in-

5 ſtrumenta ab alterutra partium aut iura† quecunque poſt terminum excluſiuum etiam in calculo ferende ſententiæ producantur contra talia poteſt dari obiectus quando pars citatur ad dicẽdum contra,quoniam ante citationem non uidentur producta iura ut arctent ad opponendum & faciant fidem.glo.& Bar. in extrauagan. ad reprimendum in uerbo de plano quo in cri.le.ma.proce.facit deciſio Egid.xxvii.& Lud.Ro.conſil.519.Pars ergo producens ſtatim citet aduerſarium ad contradicendum & ſeruet terminum. Et citatus ſi terminus ad articulãdum erat tentus contradicat in termino qui tenetur quo ad iura nouiſſime producta,alias poſtea non audiretur prout practicatur.

Secundæ deciſ.de except.Summarium.

Non eſt mere obiectus quo probato excludo & includo meum titulum,uel ſic quando obiectus conſeruat ti.obiicientis eſt de iure dantis.

Epithome.

1 Exceptiones articulate ſiue articuli includentes etiam per indirectum ius dantis non dicuntur mere obiectiue.

2 Per reum & poſſeſſorem obiectus etiam ſine titulo dari poſſe quomodo intelligatur.

Secunda deciſio.

1 IN eadem cauſa fuit tentum† non eſſe mere obiectum ſi data inualiditate prouiſionis aduerſarii probata profeſſione & religione ſubintret & ualeat prouiſio mea non obſtan. quod Old. ſubtiliter oppoſitum ſentiat conſi.cxvi.&.clxx.& ibi ꝙ ſit de iure dantis quãdo directe canonizat titulum non quando indirecte & exemplificat ꝗa pluries uidi practicari quod quomodocunque oſtendam

aduerſario ius non competere & includam ualiditatem ti tuli mei etiam per indirectũ totum ſit de iure meo & hoc per deciſ.xviii.&.xix.de excep.in anti.pro qua obſeruantia & deciſionibus facit quia non eſt mere obiectus, ideo debet admitti facit.d.cle.conſtitutionem de electi.uel ſi eſſet materia obiectiua admitteretur tamen nõ ut obiectus, ſed ut ius partis ut dicit Rota.i.in no.de ſequeſtra.poſ.& fruc.& de teſti.in antiq.xxvi.& Fely.in.c.olim de reſcrip. pc.col.declarans materiam,& deciſ.vii.&.viii.de except. in antiq.& ſecunda in antiquior.Biſignet.dum dicitur etiã reum & poſſeſſorem poſſe dare obiectum ſine ti.ut intelligatur niſi eſſet lapſus terminus ad dãdum obiectus quia non renouabitur ad dandum omiſſos niſi inferant ne dũ ius non competere aduerſario:ſed etiam competere dan ti obiectum uide ibi melius quàm alicubi:& in materia lo quuntur deciſiones.xiii.xiiii.xix.&.xx.de teſti.in antiq. cũ aliis pluribus ſequentibus.

De ſen.& re iudica.

Primæ deciſ.de ſen.& re iudi.Summarium.

Sicut adiudicatoria,ita abſolutoria ſententia in beneficialibus ualide ferri poteſt pro ſuperſtite mortuo collitigante citatis intereſſe putantibus & extinguit litem ſi ex noua perſona ſurrogata non ſuſtineatur.

Epithome.

1 Docto de obitu actoris proceditur per audientiam contadictarum citatis intereſſe putantibus.

2 Sententia nedum adiudicatoria uerum etiam abſolutoria contra intereſſe putantes mortuo actore ualida reputa tur.

3 Permiſſum eſſe uidetur quod non reperitur expreſſe pro hibitum.

Prima deciſio.

Vbitaui in cauſa Taurinen. Cappellanie quæ erat mihi commiſſa inter Alex. de le-
d canus & Anto. de romagnano an ſenten-
tia abſolutoria lata per do. Martinum de Spinoſa in fauorem Antonii panis cum im poſitione perpetui ſilentii de more palatii,ut de re iudi. in
1 antiq.xxvi.citatis † intereſſe putantibus per audientiã con tradictarum docto de obitu latini de Benaſſais actoris eſſet ualida &litem extingueret quia licet procedi poſſit ad adiudicationem ſecundum Rotam.ut lit.pend.viii.in nouis tamen ad abſolutionem, nam mortuo actore reus eſt conſecutus ſuum intentum quia re ipſa ab actoris petitione abſolutus ex quo mortuo actore moritur cum eo ſua petitio cum ſit perſonalis in auc. de nupt.§.deinceps col. iiii.unde dicitur lis finita ſine ſententia ut inquit Egid. deciſ.clvi.& Io.and.in.c.ſi hii contra quos ut lite penden.in vi.in no.& ita affirmabat dominus Thomas Regis procurator Alex. ſe audiuiſſe a domino Alexandrino quando erat auditor Rotæ quod pro reo abſolutoria dari nõ poterat, quoniam nec intererat, ſed domini uoluerunt.
2 1521.de menſe Maii ualere ſententiam † dicentes quòd dicta deciſ.viii.non negat quin peti poſſet etiam ad effectum abſolutionis & hoc propter multos effectus & maxime ſi caſu procederet illud ꝙ non finitur lis niſi per ſentẽtiam ut Rot.x.eo.ti.in no. Item Egi.dicit finitam litem niſi reus uelut proſequi & ita Io.an. intelligit in.d.c.ii.& eſt tex.in cle.i.eo.ti.§.ſi uero etiam mortuo petitore dum modo poſſeſſor ſeu alius cuius interſit litem proſequatur poteſt ergo proſequi & non dicetur lis finita & ualebit ſententia & ſe onerare expen. quando ita placuerit etiam ſi non cõſequetur aliquid ultra abſolutionem ſicut eſt in optione quod lis extinguatur magis per ſententiam quàm per renunciationem uel mortem aut per taciturnitatem non proſequendo ut dicit glo.in.d.clemen.i.quod

archiepiſcopus in ſuo luſtro neglexiſſet & ſi ſemel fuiſſet liberum ſemper remanſiſſet liberum donec ſuperueniret ſeruitus ſicut ſemel effectum ſemper durat affectum etiã ſi eſſet cauſa finalis affectionem inducens ut Rot.de præ ben.ix.in no.ut idem dicamus in libertate & fortius ceſ- ſante cauſa libertatis hoc eſt Cardinali uel eo non confe- rente uel quia idem operetur propoſitum in propoſito ꝙ oppoſitum in oppoſito & econtra & eadem ſit con- trariorum diſciplina.l.& ſi contra.§.fin.cum ibi not.de uulg.& pupil.&.l.ſi.in ſi.ff.de leg.iii. Item quia uinculũ reſeruationis non dicatur iniectum ante uacationem ſed tempore uacationis duntaxat ꝓ quo Rot.in biſnegt.iiii.
9 de renun.ut ordinarius † dicitur poſſe admittere reſigna- tionem beneficii reſeruati uon conferre quaſi tempus ua- cationis ad effectum impediendi collationem conſiderẽ tur & ꝙ ita loquantur regulæ & extrauagan.inducentes reſeruationem quodꝗ hoc ſuppoſito tempore uacatio- nis nullum ſubeſt impedimentum ſed fuit concluſum in-
10 dultum non tollere † reſeruationem ſed dare facultatem prouidendi perinde ac ſi non eſſet reſeruatio ideſt nõ ob ſtantibus reſeruationibus unde non fingit ſublatum vincu lum ſed aperit facultatẽ de reſeruatis ac ſi talia nõ eſſent ꝗuis ſint ſemel nanꝗ affectum ſemper durat effectũ quo- uſꝗ prouideatur de eo Rot.de præbẽ.in antiq.xiii.&.d. deciſione ac.xiiii.etiam ſequens &.ix.in no.probant hoc
11 & ꝙ uinculum reſeruationis † cenſetur ſtatim iniectũ quã do Papa reſeruat etiam ante uacationem ex quo non tol litur ꝑ hoc ꝙ deſinat quis eſſe collector & affectio & re- ſeruatio cenſetur ab appoſitione manus Pape & eius de- creto.c.ut noſtrum de appel.&.c.inter dilectos de excep. præla.& ꝙ ibi Inno.& Abb.& ꝙ non tempus uacatio-
12 nis ſed reſeruationis † debeat attendi eſt deciſio biſnegt. in antiquio.ii.de præben.quæ optime facit & in dies ui- demus Papam reſeruare beneficia anteꝗ uacent & decer nere irritum ac inhibere &c.licet effectus ut nullus ualide diſponat inſpiciatur tempore uacationis ſeu uideatur in

eum euentum collatus & ita iudicauit Do. Nicolaus de Aretio de menſe Aprilis. 1521. pro Io. de madrigal.

Nonę deciſ. de pręben. Summarium.

Familiaritas Pape offuſcat familiaritatem Cardinaliũ uel ſic maior familiaritas uincit minorem uel ſic ſi beneficium Pape ſit reſeruatum in perſonam eius q etiam Cardinalis familiarum exiſtit ſufficit in impetratione mentio de reſeruatione Pape nec in ea conſenſus Cardinalis eſt neceſſarius nec expresſio nominis & tituli & uide quando præſumitur ex ordine.

Epithome.

1 Prouiſio Pape ꝑ obitum familiaris ſui, nulla de familiaritate Cardinalis de qua defunctus ẽt extiterat mẽtione habita ualida reputatur cũ nec eius cõſenſum exigitur.

2 Ordo ſcripture deſignat ordinem uoluntatis qui attenditur etiam inter perſonas.

3 Priores in ſcriptura in iure potiores & prærogatiue iuxta ordinem potentiores exiſtunt.

4 Diſpenſatio in uno ex impedimentis ſtantibus duobus non ſufficit.

5 Reſeruationibus pluribus ſuper eodem beneficio concurrentibus de omnibus eſt habenda mentio in impetratione.

6 Beneficia uacantia per obitum familiaris Cardinalis non ſunt reſeruata Cardinali ſed prouiſio ſine expresſione & eorum conſenſu nulla exiſtit.

Nona deciſio.

STante familiaritate. T. ad Papam qui Cardinalis ẽt familiaris reperitur ex qua cauſatur affectio ſeu reſeruatio beneficioꝝ quæ obtinet ꝑ regulas Cancellarie

per extrauagan.aut ius commune in uacatione benefi-ciorum ex eius perſona ſuccumbit minor familiaritas ma iori. Ita ꝙ prouiſio Pape & impetratio a Papa ualent etiã
1 non facta † aliqua mentione de familiaritate Cardinalis nec de eius nomine & abſque conſenſu Cardinalis qui ſe cundum regulam exigitur alias ſatis eſt enim ꝙ de fami-liaritate Pape ſit expreſſum & ita in quibuſcunque cauſis Palatium obſeruat ratio quia maius lumen extinguit mi-nus.c.ſollicite de ma.& obe.c.uolentes de offi. deleg.& c.antiqua de priuileg. Item demonſtrat ordo regularum Cancellarie cum in primis regulis ponantur reſeruatio-nes beneficiorum ad ſedem apoſtolicam poſtea prouide tur quo ad familiares Cardinalium nam licet non preſu-mamus ex ordine quando mens eſt certa.§.ante heredis inſti.de lega.l.nec enim de ſolu.l.cum pater.§.fidei tue.ff. de leg.i.cum ſi[illegible] maxime in hiis quæ fiunt unico conte-xtu ſicut uidentur edite regule per dictionem. Item & in craſtino aſſumption.ff.de acti.& obl. in rub. & .l. qui-dam de pecul.lega.tamen bene preſumimus quando ſu-mus in dubio.l.generaliter .§. quid ergo.el.ii. de fideic. liber.prout dicit Barto. in .l.moribus.§. prius in fi.ff.de
2 vulg.& pup.quia ordo † ſcripture deſignat ordinem vo luntatis proceſſus &charitatis.l. quotiens in princip. de uſuf.l.gallus.§.quidem recte.ff.de libe.& poſth.de conſe cra.diſ.ii.c.in Chriſto pater. iuncta glo.i.qui ordo atten ditur ne dum inter perſonas uerum & inter uocabula di-cit Bal.in.d.l.quotiens & in reſcriptis .c. cum dilecta & glo.ibi in uerbo tranſponentes. de reſcrip. & ex ordine uerborum eſt argumentandum glo.in. c. fi.de appella. ſepe nanque ordo inſpicitur & ſeruatur.c. mandato de preben.in.vi.& no.glo.in.c.quorundam de elec.&.c.pe. de ſepoltu.eo.lib. Abb.in c.fi.de poſtul.in fi.& in c. Nico lao de appel.in prin.& in regulis hoc patet quando in
3 eadem regula priores † in ſcriptura ſunt in iure potiores & prerogatiue iuxta ordinem potentiores prout pa-tet in illa quæ ponit cellulas illuſtrium in primo gradu

& ſucceſſiue

& ſucceſſiue aliorum & in alio de concurrentibus in im-
petratione beneficiorum uacantium aut certo modo ua-
caturorum ut habentes motum proprium præferantur
non habentibus alias graduati nō graduatis & ſic de aliis
ut ſequitur.non ob.ꝙ uult.Io.an.ſuper arbore affinitatis
4 poſt prin.quod ſtantibus duobus † impedimentis matri-
monii non ſufficit in diſpenſatione expreſſio alterius cu-
ius contrarium glo.ſenſerat in.c.non debet de conſan.&
affi.ubi Abb.concordat opi.& quod ſolutus uno uincu
lo excommunicationis remanet ligatus alio ſi duplici te-
nebatur ut inquit glo.in.c.ita quorundam de iude.& ſic
ꝙ debuerit fieri mentio de utraqꝫ reſeruatione uel fami-
liaritate ex quo unius extinctio aliam non tollit ut per
multa exempla habetur deciſ.xxxii.de præben.in antiq.
quia ubi reſeruationes & uincula reſpiciebāt ſolum Papā
non ſicut hic Papa & Cardinalem ita per unam ibi alia
non extinguitur hic uero maior offuſcat minorem & ita
in duplici excommunicatione eſt diuerſa ratio quoniam
debet abſolui & facere penitentiam de utraqꝫ unde patet
ꝙ termini ſunt diſpares nam quo ad ſedem apoſtolicam
ſolū requiritur ꝙ de ſua Papa intelligat & ſumus in una
non in pluribus reſpectu Pape de qua mentio quia ſi cō-
5 currerent plures † reſeruationes generales de omnibus
eſſet fienda mentio in impetratiōe ut late Fely.in.c.in no
ſtra de reſcrip.in.vi.cor.uel uerius nō ſumus in duplici re
6 ſeruatipne ex quo Cardinali non reſeruatur † per regu-
lam beneficium ſui familiaris ſed ꝙ in impetratione de-
beant exprimi nomen & titulus ipſius & ſi in curia fuerit
eius ad id accedat aſſenſus alias gratia deſuper ſit nulla
bene in duplici familiaritate quarum altera ſuccumbit
maiori & eſt ſine uiribus & effectu ideo non conſiderabi
lis nec afferens impedimentum regula non præſtat de re
gu.iur.in.vi.nec propter eam Papa minus prouidiſſet li-
bere nec cauetur ꝙ ob iſtam cauſam aut ei ſimilē fuiſſet
difficilior & aliter non arctatur impetrās ſecundū glo.in
cle.i.de præben.ſed ſolutio in legato multipliciter ut ſit

V

liber requiritur quo ad omnia uincula quorum qualibet ſtat per ſe ut in dicta deciſione.

Decime deciſ.de præben.Summarium.

Falſa expreſſio familiaritatis ſcriptoris apoſtolici uel aliorum quorum familiares continui commenſales expediunt gratis nõ uitiat ꝓuiſionẽ ſi litere fuerint taxate & ſic expeditio facta ordinarie & nõ gratis ꝓut ſolet ꝓ talibus fieri, & uide quando falſi expreſſio noceat quando non.

Epithome.

1 Familiaritatis falſa expreſſio in literis prouiſionis non uiciat gratiam ſi litere fuerunt taxate.
2 Falſi expreſſio ſine malitia non uiciat gratiam.
3 Falſa expreſſio præſumitur doloſa in gratioſis.
4 Falſitas ſine commodo & preiudicio committi nõ ſolet.
5 Regula & extrauagans Alexandri.vi.de fictis familiaribus quare emanarunt.

Decima deciſio.

VT ualida fuerit prouiſio uoluerunt domini in una uiſen.parrochialis corã me de mẽſe Martii.1522. non obſtan.ꝙ falſo dicebatur in ea prouiſum eſſe familiarem & commenſalem unius ſcriptoris apoſtolici
1 ex † quo litere reperiebantur taxate,& ſic ordinarie non autem gratis expedite quæ quando gratis expediuntur non taxantur ſed dicitur gratis pro familiare ſcriptoris & & hoc quia non eſt cautum in iure talem expreſſionem inducere ſurreptionem & illa tantum inducuntur quæ expreſſa reperiuntur ſecundum glo.in ſimili in cle.i.in uerbo uel alteri de præben. Item quia falſi expreſſio ſine
2 † malitia non uitiat inquit Inno.in.c.cum noſtris colum. ii.de conceſ.præben.& facit optime Egid.deci.iiii. Nec

ob.l.pe.C.ſi contra ius uel uti.publi.l.ſi.de diuer.reſcrip. c.ſuper literis de reſcrip.& quod no. Inno.in.c.ad falſa-
3 riorum de cri.fal.quod in gratioſis falſa † expresſio præ ſumatur doloſa quia ut dicit Egid.d.deci.iiii.ſufficit principem ex ea non eſſe inductum ueriſimiliter ad facilius concedendum & ad excludendum dolum quod nemini nocuerit nec propterea deliquerit de primo conſtat quia princeps non habet reſpectum magis ad familiares ſcriptorum quam ad alios curiales maxime quia ſcriptorum & aliorũ officialium prærogatiuorum ut ſupra magnus eſt numerus & eorundem familiarium longe maior & ſatis eſt quod hoc habeat de gratioſa expeditione neque mouetur ex eo ꝙ in ſupplicatione dicunt ſe familiares Pape ſeruitiis talis ſcriptoris inſiſten.cum ſciat Papa id ex priuilegio ſcriptoribus conceſſo exprimi ad effectum libere expeditionis non ad trahendum ipſum qui non ignorat ſufficienter eſſe proſpectum huiuſmodi officialibus ac eorum familie per priuilegia quodq; non ſunt ſui familiares & commenſales re uera ideo non ob.conſil. Gemi.cxxviii.quod non ſentit de iſtis ſed de familiaribus & commenſalibus Pape ueris quibus Papa eſt obligatus & ſolet eſſe promptior & largior & ceſſant omnia motiua Egid.deciſ.cccccxliiii.ſecundum patet ſcilicet ꝙ expresſio nulli præiudicat neq; exprimens delinquit ex quo beneficio familiaritatis non eſt uſus in ſui commodum & alterius damnum falſitas autem abſq; commo-
4 do † & præiudicio non ſolet committi neq; præſumitur ſecundum glo.notabilem.in.l.pe.C.ad.l.cor.de fal.& per hoc tollitur nota.Inno.in.d.c.ad falſarioꝶ qui tamẽ non infert ut ſupra ſed dicit ꝙ in literis gratiæ ac contra publicam utilitatem maior examinatio eſt habenda q̃ in
5 literis iuſtitie.ad extrauagan.Alex.vi.†contra fictos familiares & regulam cancellarie quæ annullant litteras & excommunicant cum aliis penis fuit reſponſum ex prohe. a quo finalis ſumitur ratio.l.fi.ff.da here.inſtit.& ex toto tenore patere quod emanarunt ne cancellaria fraudetur

in ſuis emolumentis unde remota fraude per taxam & expeditionem ordinariam non priuilegiatam ceſſant dictæ cõſtitutiones.l.adigere.§.quis.ff.de iur.patro.c.cum ceſſante de appel.& inquantum annullant gratiam faciũt pro concluſione quaſi de iure ualeat cum alias non eſſet inualidare neceſſe nec conſtitutio aliquid in ea parte induceret ultra ius commune.

Vndecime deciſ.de præben. Summarium.

Gratia mandati de prouidendo de eccleſia poteſt exequi in altero beneficio curato in eccleſia in qua duo tantũ curata ſine alio beneficio principaliori exiſtunt abſq; eo quod conſtet alterum eſſe principalius altero.

Epithome.

1 Mandatum quod prouideatur de beneficio in eccleſia non comprehendit dignitatem principalem in ipſa eccleſia.
2 Mandatum de prouidendo de eccleſia in altera ex rectoriis curatis exiſtentibus in eccleſia effectum ſortiri poteſt.
3 Error qualitatis expreſſe ſi de corpore conſtat non uiciat litteras apoſtolicas.

Vndecima deciſio.

1 SI impetrantur litere q prouideatur † de beneficio in eccleſia non continetur rectoria quæ eſt caput eccleſiæ quia aliud eſt quod prouideatur in eccleſia aliud quod de eccleſia.c.ſi.de præben.glo.in uerbo incerta in cle.i.eo.ti.Sed ſi ſint duo rectores cum duobus beneficiis curam animarum habentes & nullus alius q ibi ſit archipresbyter præpoſitus uel decanus maior dictis rectoribus abſq; eo q diſcerni poſſit q alter ex eis ſit principa-

lis aut principalior litere de prouidendo de eccleſia poſ-
2 ſunt † ſortiri effectum in altero ex curatis ex quo non po
teſt dici prouiſum de beneficio in eccleſia ſed magis de
ipſa eccleſia cum utrunque repreſentent eccleſiam ut di-
catur rectoria eccleſiæ ita de mẽſe Martii.1520.in una Me
diolanen. coram domino Camillo de ballionibus fuit
concluſum pro concluſione facit ꝙ refert Abb.in.d.c.ſi.
ꝙ mandatũ de prouidendo in aliqua eccleſia in qua ſunt
præbende & alia beneficia minora non poteſt exequi in
præben.ſecundum doc.communiter ſed ſi non eſſent ibi
niſi præbende ne ſit fruſtratorium poterit locum habere
in præben.l.ſi quando.ff.de lega.i.c.Abbate de uerbo.ſi-
gnifica.c.ſi papa de priuileg.in.vi.hic autem niſi ſortire-
tur effectum in altera ex curatis redderetur inutile facit
3 deciſ.Rot.liii.de reſcrip.in antiq.ubi etiam error † qua-
litatis expreſſe non uitiat literas ſi de corpore conſtat ſe-
cus ſi in gratia eſſet relatiuum aliquod uel quod ex quo
ſupponit diuerſitatem beneficiorum quia tunc non ſorti-
retur effectum in unico ut refert Mil.in repertorio in uer-
bo gratia per quam mandatur ubi uideas exempla & eſt
deciſ.Rote.xii.de præben.in no.& glo.in cle.i.in uerbo
incerta eod.titu.& Fely.in.c.in noſtra corr.xxiiii.de re-
ſcrip.Non ob.ꝙ utrunqꝫ non uideatur poſſe dici pariſor
miter curatum nec caput cum eccleſia unius eſſe debeat
capitis & ſacerdotis non plurium.c.quoniam.de offi.or-
di.c.cum non ignores de præben.quia licet plures non
debeant eſſe ſacerdotes principaliter inſtituti ex eo ꝙ iuri
repugnat eccleſiam eſſe plurium inſolidum poſſunt ta-
men eſſe plures curam animarum habentes & quilibet di
citur habere eam ſiue dicatur rector ſiue uicarius ſiue per
ſona & exercitium cure poteſt eſſe apud plures ut dicunt
Inno.Hoſt.Anch.Imo.& But.in.d.c.cum non ignores
& in materia uideantur etiam Archi.xxi.queſtio.ii.ſicut
Lap.allega.v.Oldr.conſi.lxvii.Car.conſi.xxx.quidam a
ii.colum.collect.& Abb.in.d.c.cum non ignores nec
etiam eſt abſonum ſecundũ Imo.& But.ibi pluribus cu-

ram populi competere inſolidū ſicut pluribus tutoribus & curatoribus curā pupilli & adulti.l.i.ff. de admi.tuto. caput autē dictoꝝ rectoꝝ ſeu prælatus erit uel epiſcopus uel collegium uel Papa ut doc.præfati declarant in.d.c.

Duodecime deciſ.de præben. Summarium.

Vtrum impetratio dignitatis collegiate habentis curam collegialem & parrochialem ſit bona uel ſurreptitia ſi non dicatur ꝙ ſit parrochialis uel curata etiam ſi ꝙ erat præpoſitura collegiata dictum ſit.

Epithome.

1 Prouiſio Papæ de dignitate principali in collegiata etiā de cura parrochianorum cui imminebat animaꝝ mentio ne non habita ualet,& nu.3.
2 Prouiſio beneficii nulla de ipſius qualitate utputa electiui ſacerdotalis &c.mentione habita an ualeat.
4 Expreſſio per equipollentia an ualeat ſicut directa.
5 Cura collegialis & cure parrochialis ſi ſunt in diuerſis eccleſiis quō & quando mentio ſit habenda in litteris.
6 Mentio in impetratiōibus niſi in caſibus in iure expreſſis fieri debet & an per equipollens ſufficiat.
7 Noua prouiſio tacito defectu de quo Papa potuit habere noticiam per regulas cancellarie uel diſpoſitionem iuris communis non eſt ſurrepticia.
8 Qualitas quæ de facto non autem de iure communi ineſt in beneficiis exprimi debet & nu.11
9 Beneficia ſecularia perpetua regularia uero manualia de iure communi præſumuntur.
10 Gratia unionis in ſeculari tacita manualitate eſt ſurrepticia ſecus in regulari non curato nec electiuo.
12 Regula cancellarie de qualitatibus beneficiorum exprimendis in impetratione quomodo intelligatur.
13 Diſpoſitio principis potius pro conſeruatione iuris com

munis quam illius derogatione interpretari debet.
14 Taciturnitas talis exiſtens qua expreſſa princeps non ita de facili conceſsiſſet quomodo intelligatur & cognoſcatur.
15 Falſitas expreſſa quæ non inducit ad concedendum non uiciat gratiam.

Duodecima deciſio.

PLuries coram domino Martino de ſpinoſa.1519. fuit diſputatū an ualeret prouiſio apoſtolica facta
1 de dignitate collegiata † in qua de nomine dignitatis & ꝙ erat collegiata expreſſum erat, ſed nō quod haberet curam parrochialem, & domini fuerūt uarii, una pars tenebat non ualere ꝑ tex. in cle. i. de præben. ubi habetur quod de cura eſt fienda mentio, ſecundo ꝑ ea q̄ Biſignet dubio. xiii. eo. ti. utrum cum quis ibi ſecundum eum tunc
2 fuit tentum quod impetrans † dignitatem eccleſiæ collegiate electiuam licet faciat mentionem de collegio nihil agit niſi etiam dixerit quod eſt electiua. ut in. d. cle. quia ꝑ hoc quod dicatur de collegio non ſequitur infallibiliter ergo electio ſpectat ad collegium & ſic eſt electiua cum eſſe poſsit in facto pro ueritate quod electio non pertinet ad conuentum, ſed ad alicuius collationem, & non probat hoc eſſe. l. non hoc. C. unde legit. c. in præſentia de proba. Et Papa uult intelligere etiam quæ ſunt facti cum poſſet ea ignorare. c. i. de cōſti. in. vi. Tertio facit Egi. deciſ. ix. circa fi. & Car. conſi. xxx. quidam archipresbyter. iiii. colum. ubi dicunt quod cum archidiaconatus ſeu dignitas alia poſſet eſſe ſine cura habenda ſit mentio de cura de quo motiuo & aliis ibi. per Car. ad idem Fely. c. in noſtra primo correl. de reſcrip. ad hoc etiam Rota. xl. in antiq. de reſcrip. quod de qualitatibus præben. eſt fienda mentio utrum ſit ſacerdotalis uel electiua. alia pars te-
3 nuit † pro affirmatiua & hæc mihi placuit & placet quia pro ea eſt communior opinio quam refert & ſequi-

tur Domi.in.c.cum in illis.§.fin. de præben.in.vi.in ulti. col.ut ſufficiat facere mentionem de collegiata abſq; eo quod de cura dicatur etiam ſi ſit parrochialis ex quo ſa tis dicitur facta mentio de cura per uerba equipollentia
4 quando eſt expreſſum de collegiata † & expresſio per equipollentia ualet ſicut directa & nominata.c.licet ex quadam de teſti.cum ſi.hanc parrem tenent Pau.Io.Cal. & Curiales quæ placet Lap.& Io.de lig.prout refert Do mi.in.d.loco & habetur in practica cancellarie in uerbo gratiam fol.lxxviii.ubi dicitur quod impetrans gratiam beneficii collegiati uel cõuentualis ſi hoc exprimit quod ſit collegiatum aut conuentuale non tenetur aliter facere mẽtionem de cura etiam ſi habeat curam parrochialem extra collegium uel conuentum.Idem Ioan.and.& Ol dra.ac communiter curiales ut etiam refert & ſequitur Phil.Franch.in.d.c.cum in illis in prin.col.ii.cum diſtin
5 ctione tamen quod ſi cura † collegiatis & cura parrochia lis ſunt in diuerſis eccleſiis,quia una eſt collegiata alia par rochialis tunc aut ſunt inuicem unite ita quod quælibet eſt principalis & nulla accedens alteri,& de utraque cura debet expreſſa fieri mentio in literis impetratis & impe trandis,ſed ſi una eſt alteri acceſſorie unita tunc ſufficit quod de principali expreſſa mentio fiat & hoc tam in im petratis quam impetrandis ſi uero cura utraq; ſit in ea dem eccleſia ſi appareat quæ ſit principalis de illa debet fieri expresſio ſi non appareat de utraq; fiat ex quo una non includit aliam quod procedit in literis impetrandis ſed in impetratis forte uidetur ſufficere fieri mentionem quod ſit collegiata & ita Phil.Franch.concordat opinio nes & Domi.ait quod ultimum dictum uidetur ſequen dum in impetratis primũ in impetrandis ut ſolidius aga tur ſecundum Lap.& conueniunt in eandem ſententiam ſiue ergo cura collegialis eſſet principalis aut cura parro chialis accederet ad collegialem uel eſſemus in dubio in eadem eccleſia ualet impetratio pro quo.l.quotiens.ff. de reb.dub.&.c.Abbate ſancti Siluani de uerbo.ſignifica.

cle.i.non obſt.quia ſatis eſt expreſſum eſſe per equipol⸗ lens,& quãdo eſt dictum de maiori & principali dictum eſt de acceſſoriis & minori cura ar.c.ſuper eo eod.titu.in vi.nec.d.cle.exigit quod expreſſa fiat mentio directo, & nominatim,ſed quomodocunque fiat ad hoc.c.ſtatutum cum ibi no.de elect.in.vi.Nam ſicut ibi apparet cura par rochialis nihil addit habenti dignitatem collegiatam nõ parrochialẽ nec operatur unita dignitati collegiate quod operatur per ſe ſicut ergo non addit in iure & ibi ita nec ad impetrationem,nec in beneficiorum impetratione eſt habenda mentio niſi de caſibus in iure expresſis ſecundũ glo.in ſimili in.d.cle.in uerbo,uel alteri & non cauetur iu
6 re † quod debeat fieri expreſſe taliter quod non ſufficiat per equipollens uel per expresſionem principalis ſeu maioris,deciſ.Biſignet cum ſequacibus eſt contra com⸗ munem & contra.c.i.de elec.ubi tex.loquitur negatiue quod niſi per electionem non prouideatur ubi ſunt duo uel plures unde Papa qui habet iura in ſcrinio.d.c.i.de conſti.intelligit de electiua quando dicitur ꝙ eſt collegia ta.Item.in ſimili ualidum dicitur priuilegium ſuper anti⸗ quis decimis de poſſesſione percipientium eas non fa⸗ ciens mentionem quia reperiuntur, & præſumuntur ab aliquo posſideri quod princeps uerіſimiliter credit ſecus in decimis monialium quas præſumit a nemine posſide⸗ ri.c.dudum de decimis & ibi Ioan.and. Car. & Abb.ut declaro late in alia deciſione incipiente fratres minores. Ratio autem quod infallibiliter Biſignet Egi.& Car.pro cederet ſi aliter eſſet quam debet ſecundum ius commu⸗ ne,ut ſi collegiata eſſet collatiua ſi archidiaconatus non haberet curam animarum cum de iure habeat.c.dudum. ii.de elect.c.ad hæc de offi.Archi.& ſic de aliis tunc enim ex quo talia ignorat Papa de eis eſt habenda mentio quando retraxiſſent aut difficultaſſent principem ad ma⸗ teriam.c.ſuper literis,&.c.poſtulaſti cum multis aliis de reſcrip.& uerificatur quod non ſequitur infallibiliter in⸗ ſpecta diſpoſitione iuris dummodo,ita ſit pro ueritate ſi⸗

cut ius diſpoſuit & in hoc fuit equiuocatio cum iſtud ſit inſpiciendum ꝙ patet quia ſecundum Rot.xxxi.de re-
7 ſcript.in not.noua † prouiſio in qua eſt tacitus defectus de quo Papa potuit habere ſcientiam ex diſpoſitione iuris uel ex regulis Cancellarie nõ eſt ſurreptitia,& idem dicit Fely.in.d.c.in noſtra.iiii.correla.quia non ſunt expri-
8 mende † qualitates quæ inſunt de iure communi beneficio ſed bene quæ inſunt de facto ratione conſuetudinis qualitates nanque quæ a iure inſunt non indigent expreſſione ſecundum Egid.deciſ.cccclxxxviii.ſi impetrans & ita reſpondit uni auditori Vrbanus.v.ut dicit Rot.lxxv. de reſcrip.in antiq.& tenet Bal.in.c.cum ordinem.iiii.colum.de reſcript.dicens quod impetrans ſuper feudo non habet facere mentionem de conſuetudinibus feudorum quæ in reſcripto comprehenduntur,ſecus ſi eſſet conſuetudo certi feudi exorbitans a conſuetudine recti feudi,ut dicit etiam in.l.præſcriptione.C.ſi contra ius uel uti.pub. colum.quod non decipitur princeps in hiis quibus ſupponitur habere ſcientiam legis.l.omnium.C.de teſta.ſaltem præſumptiue,ut glo.xxiii.di.c.præterea licet non habeat ſemper ſecum ſapientes puta quãdo uadit uenatum hæc & alia quæ in.d.correl.cumulat Fely.probant in ca-
9 ſibus etiam fortioribus.Idem in beneficiis † ſecularibus probatur quæ ſui natura ſunt perpetua.lv.diſt.præcepta & Lap.allega.ix.regularia uero omnia manualia ſeu ad nutum ſuperiorum amouibilia niſi ſint curata aut electiua Egid.deciſ.cciii.ex conſtitutione autem ſecularia poſſent eſſe manualia aliqua autem temporalia Lap.in.d.allega.& regularia etiam ex aliis cauſis fieri perpetua. Et ualet in regularibus impetratio de beneficio regulari nõ expreſſo quod ſit manuale quia Papa eo ipſo quod exprimitur eſſe regulare intelligit ꝙ eſt amouibile niſi eſſet curatum aut electiuum & iſtud fuit ſæpius tentum in Rota cuius contrarium debuiſſet teneri ſi attenderemus quod non ſequebatur infallibiliter ex quo per priuilegiũ aut alias poterat eſſe perpetuum. Item in ſeculari quod

eſt perpetuum clarum eſt ualere impetrationem de tali nihil exprimendo de perpetuitate. Secus ſi reperiretur eſſe manuale ex conſtitutione ſeu alio modo quia tunc non teneret ſine expresſione manualitatis Cal. conſil. xxvi. de præben. & ita in una camerinen. prioratus coram domino Bartholomeo de petraſancta inter prothonotarium de ſpinola & N. fuit concluſum ꝙ gra-
10 tia † unionis tacita manualitate in ſeculari eſſet ſurreptitia non in regulari non curato nec electiuo & utrunqȝ noto in illa deciſione incipiente concluſum fuit in palatio facit etiam ſtilus cancellarie in expeditione qui quando non eſt conuentus in monaſterio exprimit monaſterium quod conuentu caret quando eſt non aliter exprimit, ſed ſolum dicit tale monaſterium quaſi primum Papa ignoret ſecundum intelligat ex expresſione monaſterii ut ſupra in aliis ſimilibus. ad Cardi. in. d. conſil. quod uerba in impetrationibus debent tantum operari id ꝙ neceſſario inferunt reſponſum eſt, ita de neceſsitate inferri inſpecta diſpoſitione iuris communis quæ ſemper inſpicitur quando nil eſt immutatum & ex prædictis eſt reſpōſum ad. d. deciſ. xl. de reſcrip. quæ etiam facit pro iſta parte quomodocunqȝ qualitates ſunt expreſſe. Non obſtat. c. ſuſceptum de reſcrip. in, vi. quod expreſſo uno modo non uenit alius quia in caſu de quo agitur uterqȝ modus & de utraqȝ cura erat dictum per equipollens & ut ſupra. Nec obſt. Biſignet. xviii. de præben. quam Fely. ponderat in. d. c. in noſtra quia uerum expreſſa dignitate non cenſeri expreſſam curam niſi ſit talis cui de iure cura immineat & ſi eſſet talis non requiritur alia expresſio quia papa intelligit & de præpoſitura loquitur Biſignet: ac de impetratione ad quodcunque officium & perſonatum uacans & uacaturum &c. unde nihil ad rombum. Et
11 ita una cuſtodie fuit etiam iudicatum † quod bona impetratio de cuſtodia non expreſſo quod aliquid ei incumberet & conſtabat ꝙ tenebatur ad ea quæ habentur in. c. unico de offi. cuſto. quia Papa hoc intelligebat eſſe

de iure, ad hoc etiam facit ꝙ Bart. tenet in.l.i.ff.ſi cer.pe-
ta.iii.colum. ſatis eſſe quod dictum teſtis in ſui ratione, ut
ſcio: quia ſum uicinus concludat præſumptiue nō neceſ-
ſario ex præſumptione iuris taliter ꝙ ad condemnationē
ſufficiat in caſu autem iſto ſufficit ad omnia uera iuris di-
ſpoſitio quam ſequi oportet niſi probetur alterata, & ꝙ
ſit ſatis concludere præſumptiue iuris præſumptione in
dicto teſtis plura cumulo in illa deciſione quod fama ꝓ-
batur per teſtes de auditu publico incipit ad hoc ut teſtes
ex quibus patet in puncto iuris deciſionem relatam per
Biſignet, non procedere nec eſſe ſequendam attento ſti-
lo Curie minus in dubio in quo pro ualiditate & excuſa
tione a nullitate, ſed in concurrente regula Cancellarie
12 † de qualitatibus exprimendis in impetrationibus bene-
ficiorum an dignitates perſonatus uel officia ſint eiſq; cu
ra immineat animarum, & an ad illa conſueuerint qui per
electionem aſſumi &c. de qua dictum fuit quia eſt de dan
dis propter decretum irritans in ea poſitum ut etiam di-
cit ibi glo. & cōmuniter dicitur quo ad eas quæ ſunt de
dandis uel non nunquid habeant decretum uel ſolum ſi-
ne decreto reſpiciāt expeditionem ut primo caſu ſint de
dandis non in ſecundo dubium facit quia Bart.in.l.iiii.§.
prętor ait.ff.de dam.infec. & Abb.in.c.paſtoralis in prin.
de appella. uolunt ꝙ ſtatutum interpretatur contra ius
quando alias nihil operaretur, ut ſcilicet aliquid addat iu
ri communi, ita quod non ſufficiat mentio per equipol-
lens ſed ſaltem fieri debeat conditionaliter, ut dicitur in
regula, ſed una pars dominorum propterea non inclina-
uit in negatiuā nec receſsit ab affirmatiua conſiderans ꝙ
regula noluit in hoc deſtruere tot regulas iuris uno uer-
bo ar.l.ſi quando.C.de inoffi.teſta, & quod ſit ſatis per
equipollēs & aliis modis, ut ſupra uel dicamus quod quā
13 do diſpoſitio † principis poteſt interpretari in deroga-
tionem iuris communis & etiam ad conſeruationem po
tius accipiamus pro conſeruatione ſecundum Inno.in.c.
dudum de deci.in ſi. cuius dictum de facili non reperitur

alibi ſecundum Butr.ibi & de eo meminit Bal.in.l.bono rum.C.qui admit.ad bo.poſ.ut refert ac ſequitur Fely.in tract. quando lite.ap.no.patro.in.iii. ampliatione quod dictum an intelligant in diſpoſitione principis non ſtatu-taria uel in ſtatutaria aut habente rationem paritatis cum ſtatutis uidendum pro concordia uel contrarietate oc-currit tamen ꝙ doctores ſatis Moderni dixerunt curia-les communiter tenere ſatis eſſe de collegio fieri men-tionem,ut Domi.& Phil.Franch.in locis allegatis & ꝙ talem impetrationem regula meruerit a qua non ſit di-ſcedendũ.l.minime.ff.de legi.qa in monaſterio non ha-bente conuentum ſtilus etiam hodiernus habet ut dica-tur quod conuentu caret in habente contentatur dicere ſolum monaſterium & ſic de aliis. Regula autem ſi non dicat ſaltem conditionaliter reſpicit abbreuiatores quod debeant dare negatiue ergo quod ipſi faciunt eſt inſpi-ciendum ſecundum tempus quo ſtilus uariatur ut di-cit Lap.allega.li.& cui iura deſeruiunt.xxix.diſ.c.fi.&.c. fi.de tranſac. Nam ad dignoſcendum an taciturnitas
14 †habeat uitiare requiritur quod ſit talis qua expreſſa princeps facile non conceſſiſſet ad not.in.c.poſtulaſti.& c.ſuper literis de reſcrip.quod intelligitur ſecũdum com munem curſum & ſtilum cancellarie,nam alias non poſ-ſet unq̃ ſciri an princeps feciſſet gratiam aut non forte eã feciſſet,unde referendum eſt hæc ad probabilem conie-cturam uel communem uſum aliarum literarum p̃ prin-cipes conceſſarum ſeu concedi ſolitarum, ita dicit Fely. in.c.in noſtra eo.tit.in.xx.correl.& facit.l.ſi de interpræta tione.ff.de legi.&.c.cum dilectus de conſue.& quando
15 † exprimitur quod eſt falſum non uitiat etiam expresſio quæ non inducit ad concedendum pulchra eſt deciſ.Egi. iiii.& Rot.lxix.in antiq.de reſcript.& ibi de materia & Mil.in uerbo gratia.in beneficialibus ſi eſt ſurreptitia in repertorio uideatur etiam Alexan.in.l.fi.§.in computa-tione.C.de iure deliber. quomodo procedat doctrina Bar.in.d.§.prætor ait,

Tertiedecime deciſ.de præben.Summarium.

Suſtinetur impetratio beneficii ex reſignatiōe in eccle-
ſia Cathedrali ſub nomine ſancti Petri.

Epithome.

1 Beneficium in cathedrali eccleſia licet non ſit opus expri
mere nomen ſancti tamen ſi impetratur ex reſignatio-
ne alterius & fiat huiuſmodi expreſsio ſuſtinetur.

2 Reſignationes an fauorabiles & coadiuuande exiſtant.

3 Impetratio etiam ex cauſa ceſsionis eſt ambitioſa.

4 Impetratio de beneficio uacaturo non comprehendit be
neficia in cathedrali exiſtentia niſi exprimatur.

Tertiadecima deciſio.

Licet glo.antepe.in fi.in.c.q̄uis de præben.in.vi.ue-
1 lit quod non ualeat impetratio de beneficio † ex-
preſſo nomine ſancti Petri in cathedrali eccleſia ꝓ-
pter ſtilum & cum ea tranſeāt docto.Nihilominus in una
Virdunen.Ca.& Præbē.coram domino Martino de ſpi
noſa domini ſubſtinuerunt impetrationem ex cauſa reſi-
gnationis ex eo ꝙ reſignationes a mera uoluntate & qua
2 dam quodam modo liberalitate fiunt † & qa ſunt fauora
biles ac adiuuande ēt reſpectu reſignantis & eius cui pro
uidetur quæ deciſio habet multum de equitate & bono
iudicio ſed in puncto iuris non poſſet defendi ſuppoſito
ſtilo ac communi ſententia per glo.ex quo impetratio ēt
3 ex cauſa † ceſsionis eſt ambitioſa,& ideo reſtringenda,ut
d.c.q̄uis cum uulga. & poteſt impetranti dici expreſſiſ-
ſes cautius & prout ſtilus docet.l.in ciuilem.C.de fur.Itē
4 beneficia † in cathedrali non ueniūt niſi de ea dicatur &
dicēdum eſt ſine nomine ſancti,ut inquit Fely.etiam in.c.
in noſtra.xxxix.correl.de reſcrip.ad idē Abb.in.c.ſacro-
ſancta de elec.ubi limitat in primo no.magnā tamē excu

ſationem meretur qui exprimit eccleſiam cum inuocatio
ne ſancti ſub qua intitulatur & ſine dolo eſt unde excuſa
tionem meretur.l.igitur.§.poteſt.ff.de libe.cau.

Quartedecime deciſ.de præben.Summarium.

Signatura p fiat præfertur ſignature p conceſſum ēt ſi habens p conceſſum posſideat uel habeat motu ꝓprio.

Epithome.

1 Regula cancellarie diſponens ꝙ habens ſignatura p fiat præferatur alteri habenti p conceſſum intelligitur etiā ſi habens per conceſſum eadem die ſit poſſeſſor.

2 Capi.ſi a ſede de præben.in.vi.quomodo intelligatur.

3 Gratia motu proprio conceſſa uincit omnes alias prærogatiuas.

Quartadecima deciſio.

1 REgula eſt Cancellarie † quod habens gratiam per fiat in concurſu pręferatur habenti per conceſſum quæ.1513.in duabus cauſis fuit interprętata ut ꝓcedat etiam ſi habens per conceſſum eadē die ſit poſſeſſor non ob.c.ſi a ſede de præben.in.vi.quia habebit locū data in cæteris paritate & altero tantum poſſeſſore idem ſi habens conceſſum haberet etiam motum proprium & ad id quod dicebam duo uincula uincere unum.l.cum in adoptiuis.C.de adopti.§.ſi hodie inſti.eo.auc.itaq; .C.eo.& quod triplex funiculus potentior eſt uno.c.i.de treu.& pa.cum uulgaribus dixerūt domini quaſi omnes quod regula loquebatur generaliter non attentis aliis prærogatiuis,ſed ſola ſignatura ut ſupra,itaq; ſimpliciter erat intelligenda,& quod.d.c.ſi a ſede † exorbitat ut inquit ibi Phil.Franch.iii.col.& non excedit terminos ſuos c.i.de ſepultu.ad hoc quia reperiatur collatio facta uni

1 Diſpoſitio.c.ſi a ſede non habet locum in poſſesſione illius cui prouidetur per cesſionem uel mortem proꝰ uiſi ab ordinario qui cōcurrebat cum prouiſo a Papa.

2 Prouiſio magis qualificati ex cesſione minoris pręrogatiuati non præiudicat alteri eodem die cum minori in prouiſione concurrenti.

3 Prouiſio in beneficialibus eſt actus legitimus qui non recipit diem neq; conditionem.

Quintadecima deciſio.

ITem fuit dubitatum coram domino Camillo de ballionibus in cauſa Vormatien.ſcholaſtrie.1518.ad materiam.d.c.ſi.a ſede de præbē.in.vi.an poſſesſio eſſet in conſideratione quando unus habet a Papa alius ab ordinario eadem die & de prioritate non apparet ſi neutro posſidente habens ab ordinario cedat uel decedat & prouideatur Titio qui poſtea aſſequitur poſſesſionē & habens a Papa cedat etiam & prouideatur.G.an.G. debeat obtinere & præferri Titio.& quidam arguebant Titium fore abſoluendum ex eo ꝙ militet præſumptio prioritatis tituli in habēte ab ordinario ex quo is qui eſt prouiſus ex eius cesſione habuit poſſesſionem nā ſi prouiſus a Papa fuiſſet prior uerisimile eſt quod habens p eius cesſionem uel deceſſum aſſequutus fuiſſet poſſesꝰ ſionem non alius ad hoc facit ꝙ Lap.uoluit in.d.c.poſꝰ ſesſionem conſiderari tempore quo agitur & nō diſtinꝰ guitur magis de poſſesſione primo q̃ ſecundo loco prouiſorum.l.i.§.generaliter.ff.de leg.præſtan.Item Titius eſt reus & poſſeſſor &.G.eſt actor & cum non conſtet an prouiſus a Papa fuerit anterior in dubio debet abſolꝰ ui.l.qui accuſare.C.de eden.c.ſi.de re iudi. Sed contraꝰ rium a maiori parte fuit concluſum & hoc mihi placuit eo fundamento quia ſi cedentes concurrerent prouiſus ab ordinario ſuccumbebat prouiſo a Papa propter amꝰ pliorem prærogatiuā conferentis unde ex cesſione eius

1 qui nihil habebat, Titius nihil conſequitur † quia plus iu
ris ex eius perſona cedente uel decedente non transfer-
tur ꝗ haberet.l.traditio.ff.de acqui.re.domi.l.ſi liberam
.C.ꝙ cum eo & in regula nemo poteſt de reg.iur.in.vi.
nec a cedente ſed a ſuperiore inueſtiente ius habetur ut
no.Abb.in.c.ii.de præſcrip.ſuperior autem prouidet ni-
ſi alteri ſit ius quæſitum tempore prouiſionis ut patet in
clauſula quæ in prouiſione apoſtolica apponitur nec ex
tit.nouo concurrit titius cum prouiſo a Papa,neq; repe-
ritur eſſe in terminis.d.c.ſi a ſede nimirũ ſi præfertur Ga-
ius poſſesſio nanq; ſua uenit ad ti.ſuum ex eius uigore
non ad titulum prouiſi ab ordinario de quo loquitur.d.
c.merito non conſiderabilis maxime quia.d.c.exorbitat
prout Phil.Franch.ibi ita ꝙ ultra caſum ſuum non exten
ditur ſed ſolum procedit in poſſesſione primo loco pro
uiſorum eodem die.non ob.ꝙ prouiſus ab ordinario
primo loco abſolueretur ſi posſideret quia tunc loqui-
tur.d.c.nec ſumus in dubio ꝙ Titius mereatur abſolui
ſed in claro iure prouiſio Papa, & ſic etiam eius qui eo
cedente haberet &.d.c.ſi a ſede adiudicatoriam etiam
ac canonizatoriam concedit & ſi prima opinio procede
ret poſſet alter habens ab ordinario cedere in fauorem
tertii qui haberet poſſesſionem uel alterius qui de facili
& ſine mora poſſet habere & eo modo tolleret ius pro-
uiſo a Papa quod ſine eius facto non aufertur regula id
quod noſtrum de reg.iur.in.vi.& alias abſurdum & con
tra iuris regulas in auc.de non eligen.ſe.nuben.§.cũ igi-
tur col.i.c.ſollicite de ma.& obe.&.c.nona de pe.& re-
2 miſ.Sic in duobus † prouiſis a Papa eodem die quorum
magis prærogatiuatus ſeu gratificatus uincit alium quia
non perderet ius ſi alius cedat in fauorem tertii qui eſſet
magis qualificatus ꝗ primo prouiſo eadem die, ulterius
3 prouiſio in beneficiis † eſt actus legitimus qui non ſtat in
pendenti data acceptatione prouiſi ſed ſtatim perficitur
nec recipit diem aut conditionem.c.ii.de elec.c.ſi tibi ab
ſenti de præben.in.vi.regula actus legitimi de regu.iur.

.ff.& in.vi.unde remota ſeu non data poſſesſione in pro uiſo ab ordinario ſtatim fuit quæſitũ ius apoſtolico.non ob.ꝙ lapſus uoluit inſpici eundem tempus quo agitur in ipſa poſſesſiõe quia glo.in.d.c.ſi a ſede domi.& Phil. Franch.ſentiunt contrarium & eſto ſine præiudicio ueritatis quod eſſet uera opinio Lapus locum haberet in prouiſo ab inferiore posſidente tempore litis concurrente cum prouiſo a ſuperiore non in alio.

Sextedecime deciſ.de præben. Summarium.

Impetrationi ex ceesſione in manibus Pape factæ per familiarem alicuius Cardinalis in curia præſentis uel eũ qui renunciat beneficio ſito in eccleſia in qua Cardinalis ratione adminiſtrationis habet indultum non nocet taciturnitas nominis tituli & familiaritatis ſeu indulti eiuſdẽ Cardinalis nec quod regulæ de uiginti diebus derogatum ſit & ex eadem infirmitate cedens infra dictum tempus deceſſerit uel ſic cauſæ de præſenti aut de præterito non de futuro contingenti ſurreptionem inducunt.

Epithome.

1 Regula de exprimendo nomine & titulo ac conſenſu Cardinalis in impetratione beneficii uacantis per obitum familiaris ſui non habet locum in prouiſione facienda ex reſignatione familiarium.& nu.4.

2 Taciturnitas cauſę de pręſenti aut præterito retrahẽs uel reddens principem difficiliorem ad concedendum inducit ſurreptionem ſecus de illa quæ poſſet contingere de futuro.

3 Futura habentia ſe ad eſſe & non eſſe non eſt opus ut de eis in impetrationibus mentio habeatur.

5 Regulæ Cancellarie ſunt ſtricti iuris & non egrediunt ſuos terminos.

6 Derogatio regulæ de.xx.eſt fauorabilis quia fit redu

ctio ad ius commune.

7 Derogatio regulæ de.xx.ét in beneficiis exiſtentibus ubi Cardinales habẽt indultum nõ inducit ſurreptionẽ.

Sextadecima deciſio.

VNus familiaris Cardinalis de Ferneſio ceſſerat in manibus Pape, Papa prouiderat Titio nõ expreſ-
1 ſo de familiaritate † nomine & titu.eiuſdem Cardinalis & cum derogatione regulæ de infirmis reſignantibus & infra uiginti dies ex eadẽ infirmitate decedentibus.prætendebat Cardinalis.1514.prouiſionem nullam quia obierat infra dictum tempus quaſi Papa non prouidiſſet ita de facili nec regulæ derogaſſet intellecta familiaritate.c.cum adeo.c.ad aures.c.ſi proponente cũ aliis de reſcriptis nam remota derogatione dictæ regulæ uacaſſet per obitum non per reſignationem ut in eadem regula idem non admiſſa ceſſione ſeu non facta alicui prouiſione ex ea & tunc per aliam regulam impetratio ſine expresſione nominis tituli ac familiaritatis Cardinalis eiuſq; conſenſu ſi in curia ſit nulla eſt,& ſecundum deciſiones de familiaritate Cardinalis dicere oportet ut plene Fely.in.c.in noſtra.xxi.corr.de reſcrip. Sed pro uali-
2 ditate fuit concluſum ea ratione quia cauſæ † de præſenti aut de præterito exiſtentes alias tales quæ retraherent aut difficiliorem principem redderent ſunt in conſideratione quo ad ſurreptionem obreptionem & intentionis defectum inducendũ non de futuro quæ poſſent & non poſſent contingere ut in omnibus iuribus in materia diſponentibus patet ad hoc deciſio Rote.xxv.in no.de reſcrip.quod non ſunt ponderanda in propoſito futura habentia ſe ad eſſe & non eſſe per Iura quæ adducit. Et propterea Fely.in.d.c.in noſtra eod.titu.corre.vii.dicit
3 quod de futuris † habentibus ſe ad eſſe & non eſſe mere contingenter non eſt opus in impetratione facere mentionem contingens autem erat quod infra uel ſupra.xx.

dies & ex eadem infirmitate decederet. Item quod Papa prouideret uel non ut ſupra & quo ad familiaritatem
4 † regula non loquitur de reſignante, ſed moriẽte ſeu impetrante beneficium uacans per obitum familiaris non per reſignationem & deciſ. de quibus Fely. in. d. corre. xxi. procedũt in caſu uacationis per obitum & ita etiam glo. in. d. regula & de iure ſemota regula prædicta omnino per reſignationem uacaſſet, unde non eſt in conſideratione remotio obſtaculi regulæ, ſed magis diſpoſitio iuris ſicut cauſa naturalis non accidentalis. l. qui habet. ff.
5 de tute. regulæ † enim ſunt iuris ſtricti quem ad modum ſtatuta & non egrediunt terminos ſuos. l. iii. §. hæc uerba de nego. geſt. l. ſi ſeruum. §. non dixit prætor. ff. de acqui. hered. cum ſi. & reductio ad ius commune, & ſic dero
6 gatio regulæ eſt fauorabilis † prout etiam alternatiua q̃ ordinariis in ſex menſibus conceditur non obſtã. gratiis præuentiuis & pẽdens a mera principis poteſtate & uoluntate. l. ſi unus. §. quod & in ſpecie de pact. l. non ſtatim. ff. de pecul. xxxv. di. ab exordio. c. cum aliquibus & ibi Domi. ii. colum. de reſcript. in. vi. Anch. conſil. cxxxi. Ita quod non poſſumus dicere uacaſſe p̱ obitũ ſicut aua re quidam in partibus habentes priuilegium medie annate de benefi. uacantibus per obitum prætendunt quando poſt ceſſionem eſt facta mentio cum derogatiõe dictæ regulæ & cedens moritur infra uiginti. Nam inſpecto iure hoc non eſt uerum nec inſpecta regula ex quo ſublata eſt, idem ſi non eſſemus in familiarium Cardinalis ſed in habente beneficium in Ciuitate uel dioc. cuius Cardinalis eſt adminiſtrator & habet indultum propterea de omnibus beneficiis uacantibus præter q̃ per reſignationem in manibus Pape, & reſignante illud in manibus Pape cum ſimus in caſu exceptuato quem ad modum quo ad regulam iam dictam in caſu non comprehenſo in ea taliter quod nec de indulto eſt neceſſaria mẽtio & ad hæc facit dec. cum ſuis motiuis in incipiens cõ
7 mendauerat, nec quod derogetur regulæ † de. xx. diebus

cauſat ſurreptionem aut obreptionem quia militāt eadē motiua & ita fuit iudicatum quod non,ad multa ſimilia ut inquit Fely.in.d.vii.corr.cum non noceat taciturnitas iuris quod in beneficio potuiſſet quis cōſequi ſi ego nō impetraſſem etiam ſi per impetrationem meam præclu- datur ei uia ad futuram & nouam impetrationem prout in caſu regulæ quo ad familiares & indulti quo ad non familiares præcluditur.

Decimeſeptime deciſ.de præben.Summarium.

Optio præbendarum diſtinctarum non inducit muta- tionem canonicatuum niſi ubi hoc habeat cōſuetudo & uide quando præbenda ſit ius ſpirituale quando quid temporale & in quibus conſiſtat.

Epithome.

1 Canonicatus an mutetur per mutationem præbende.
2 Optio uel aſſenſus in eccleſiis abſq; nouo titulo & colla- tione fit.
3 Optio præbendarum de quibus intelligatur ut optio lo- cum habeat.
4 Præbenda conſtituitur ex rebus temporalibus ideo po- teſt aſsignari laico quando non eſt annexa canonie.
5 Excommunicatus poteſt præbendam uacantem optare.
6 Collatio beneficii facta excommunicato etiam excom- municationem ignoranti eſt nulla.
7 Iudex teneatur iudicare ſecundum deciſiones rote.

Decimaſeptima deciſio.

ERant in eccleſia aquen.prebende diſtincte una de iſtrio nūcupata Alia de Alanſono & ſic de aliis Antonius de Turri obtinuit ſibi prouideri a ſede apoſtolica de canonicatu & prebrē.quos Elzearius de Turri

in dicta eccleſia obtinebat excesſione dicti Elzearii qui poſtea obiit capitulũ noluit admittere ad poſſesſionem preben.de iſtrio Antonium quia ſtante ſtatuto ſeu conſuetudine de optando.G.de cordoano antiquior canonicus dimiſit ſuã de Alanſono & optauit ipſam de iſtrio taliter quod illam de Alanſono habuit Antonius.dubitaui ego qui eram auditor huius cauſe an Antonius habuerit canoniam quam obtinebat. G.&.G. canoniã quã obtinuerat Elzearius ita quod per mutationem prebendarum eſſent mutate canonie cum dicant egid.dec.lxiii.
1 quod in præbendis † diſtinctis mutata prebẽda mutatur canonicatus propter inſeparabilem connexitatẽ & Rot. vi.de conſue.in no.idem ſentiat Sed contrarium fuit cõcluſum quia per optionem non extinguitur antiquus titulus nec nouus queritur dicunt Io. An. Anchara.& alii in.c.fi.de conſue.in.vi.quod eſſet neceſſe fateri ſi fieret mutatio canonicatuum pro hac parte Rot. Biſignet.v. eo tit.ubi determinatum fuit contrarium quia ex quo non habebat tit.canonicum in prima minori non poteſt haberi in ſecũda media quoniã in eccleſiis ubi habet lo-
2 cum optio † uel aſcenſus ſeu permutatio prebẽdarum fit tranſitus de una ad aliam abſq; nouo tit.& abſque noua prouiſione ſeu collatione in uirtute prouiſionis habite in prima ſecundum Archi.& Io. An.in d.c.fi. & Rot. deciſione.xv.in antiq.eo.tit.unde ſi canonicus titulus non erat in prima non poteſt haberi in ſecunda alias ſequeretur quod eam ſine canonico tit. obtineret contra. c.i.de reg.iur.in.vi.idem tenet Card. conſ.cxxvi. dum dicit quod antiquior canonicus ſine noua collatione ex tit.quẽ prius habebat in prebenda permutat predia prebende non enim poſſet acquirere nouum titulum prebende ſine inſtitutione ſicut non poſſet ſibi ipſi conferre aut ſe preſentare uel eligere.c.cum in iure de elect.c. fi. de inſt.cum ibi not.& in caſu quẽ proſequitur ſubiungit quod remanente Io.prebenda ſua ipſe adeptus eſt poſſesſionem preben. Viuiani & poſſesſionem prebende

ſue fictione iuris ex inconſuetudinis fuerunt applicate præben. Viuiani & not. ſecundum Car. ibidem quod cõſuetudo quæ habet quod antiquiores canonici poſſint
3 optare præbendas † non intelligitur de præbendis proprie ſumptis prout præbenda eſt ius ſpirituale quod cõfertur ſoli canonico ſed intelligitur improprie prout prębẽda eſt temporalis ipſa ideſt prædia uel redditus quod proprie ſumpta ſit ius ſpirituale ſingulariter probatur in c. dilectos de præben. ibi de communi aſſenſu augumentare ualeant numerum præbendarum quoddam ius ſpirituale de nouo creando de improprie ſumpta loquitur tex. in. c. quia nonnullis de magi. in uerbo aſſignetur dũ dicitur aſſignando magiſtro fructus unius præbende & notanter dicit de prouentibus & non de ipſo ti. præben. quod ſic debeat accipi conſuetudo de optando probatur ex eo quod not. Io. And. in. d. c. fi. de conſue. & con-
4 ſtituitur præben. † ex rebus temporalibus inquit Abb. in c. ſuggeſtum de iur. patro. differẽtiam inter canoniam & præbendam ponit glo. in. c. cum M. Ferrarien. de conſti. & Abb. declarat quando præbenda eſt ius ſpirituale quã do temporale in. d. c. d lecto & in. c. maioribus eo. tit. qa quando non eſt annexa canonie dicitur quid temporale & poteſt conferri Layco ad ipſius ſubuentionẽ quando uero eſt annexa tunc eſt ius quoddam partim temporale partim ſpirituale ratione canonie nec layco conferri poſſet quamuis ius patronatus quod etiã eſt mixtum. c. quanto de iudi. cadat in Laycum quia hoc eſt ex gratia. c. quoniam de iur. patro. Ad deciſionẽ ponderabat pars quæ erat pro non mutatione canonie. d. cõſi. Car. in ſuo caſu nam ex tenore literarum prouiſionis conſtat quod P. impetrauit canonicatum ultimi defuncti & præbendã quæ uacauerat per dimiſſionem canonici qui optauerat unde ſi optando præbendam eſſet uiſum etiam acquirere nouum canonicatum & dimittendo præbendã dimittere antiquum litere apoſtolice non emanaſſent quo ad canonicatum per obitum & quo ad præbendam per di-

miſsionem ſed per dimiſsionem ſup utroq; tamē an bona eſſet impetratio diſputat Car.& uult φ ex dimiſsione Martini non uacauit prębenda fuit ēt ponderata deciſio Rot.v.de conce.præben.in no.quod excommunicatus poteſt optare ergo non poſſumus dicere φ acqrat nouū
6 canonicatū cū collatio †beneficii facta excōmunicato ſit nulla.c.poſtulaſti de cle.excō.miniſtr.quod procedit ēt quando ignoraret excommunicationē ut habetur in deciſ.incipiente non ualet collatio.præterea quando præbende ſunt diſtinctæ eſt diuerſitas inter canoniam & præbendam,quia facta mentione de canonia nō cenſetur facta mentio de præbenda Rot.de reſcrip.in no.xxxii.ergo non eſt bona illatio.l.papinianus exuli.cum ſi.ff.de mino.Et ſic non ſequitur quod optando præbendam dimittat quis canoniam ex hiis fuit dictum quod uel deciſ.vi.de conſue.non loquitur in hiis terminis uel ſi loqueretur quod eſt contra communem a qua non eſt recedendum,ut dicunt docto.in.c.i.de conſti. Niſi conſuetudo haberet quod canonia in hoc ſequeretur præbēdā dicebatur etiam deciſionē loqui quando præbēde erāt titu.beneficiales quia tales non ſunt in propoſito caſu, & ita etiam Egi.d.deciſ.lxiii.pro quo.d.deciſ.vi. Ibi aūt præbende ut ſicut ti.beneficiales & eccleſiaſtici ſunt inter ſe actualiter & realiter diſtinctæ,& in ulti.col.ibi & ſic loquitur tex.de præben.ut titulus beneficialis poſſeſſa & conferunt q̄ ſequuntur Ibidē.& ſi Rot.& Egi.tenuiſſent contra deciſionē iſtam & ſecundum uarietatem temporum Rot.uarie ſenſerit & ſtilus etiam non fuerit firmus ut confert Lap.allegat.lii.& dico in alia deciſiōe ſicut pro diuerſitate locorum temporum & hominū ſcripturę ſunt intelligende.xxix.di.c.ſi.&.c.ſi.de tranſacti.in ſi.nec iudex
3 cogitur iudicare † ſecundum deciſiones quia non ſunt approbate per Papam, ſed eis ſtatur tanq̄ deciſionibus magiſtralibus inquit Car.in.c.paſtoralis de fide inſtru.& ita de menſe Octobris.1519.concluſum quod canonia quam Antonius reſignauerat in manibus legati Auinio-

nen.erat illa de qua ꝓuiſum fuerat eidē Antonio ex ceſ- ſione Elzearii & non illa q̃ tempore optionis obtinebat. G.de Gordoano,& quia ſup ea in curia lis pēdebat erat canonizanda ſurrogatio Bartho.Bochi. cōtra Antoniū & Claudium Badoche prouiſum exceſſione Antonii.

Octauedecime deciſ.de præben. Summarium.

Per oppoſitionē q̃ fit a filiis patrimonialibus in Palen tin.dioceſ.ac aliis ad beneficia patrimonialia aut præſti- monia nō q̃ritur ius in re nec ad rē de quo in prouisſiōe Pape neceſſaria ſit mētio niſi quatenus ex ſinodalib.cō- ſtitutionibus aut conſuetudine pręſcripta q̃ſitū appareat.

Epithome.

1 Impetrās beneficium patrimoniale a Papa an de oppo ſitione per filios patrimoniales coram ordinario loci cauſa obtinende prouiſionis iuxta ſtatuta locorum fa cta mentionem facere teneatur.
2 Impetrans an de præſentatione uel electione aut de ac- ceptatione facta per expectantem mentionem facere teneatur & clauſula dummodo non ſit alteri &c.quā- do ſufficiat.
3 Præſentare eligere aut inſtituere ſeipſum nemo poteſt.
4 Electo uel præſentato & inſtituto quale ius queratur.
5 Per oppoſitionem factam a filiis patrimonialibus nō ac quiritur ius in re nec ad rem niſi conſtitutio ſinodalis aut approbata conſuetudo aliter diſponat.
6 Lite inter opponentes legitime introducta an impetrans mentionem facere de huiuſmodi lite teneatur.

Decimaoctaua decisio.

MVlta ſunt beneficia in dioce.Palentin.& quibuſ- dā aliis in Hiſpania patrimonialia ſeu præſtimo-

1 nia aut preſtimonialia nuncupata ad quę filii † patrimo- niales ſeu naturales oriundi ex ipſis locis Villis aut Ca- ſtris habent facultatem ſe opponendi quando uacant p ſe uel procuratorem infra dies quindecim uel plures aut minores coram epiſcopo aut ordinario loci uel eius ui- cario ſecundum uarios Ritus & ſtatuta locorum qui or dinarii ſeu uicarii tenentur ea conferre habilioribus & ſuf ficientioribus iuxta tenorem conſtitutionum aut uſum preſcriptũ occurrit in una corã domino Hugone de ſpi na. 1517. quod duo filii naturales ſe oppoſuerant ad unum tale beneficium uacans, tertius poſt oppoſitionẽ impetrauit a Papa non facta mentione de oppoſitione fuit dubitatum an prouiſio apoſtolica ualeret & quidem dicebant quod non allegantes Rot.deciſ.xvi. Item licet de more de prebẽ.in no.ubi de pręſentatiõe † & electio- ne neceſſaria eſt mentio quaſi per oppoſitionem ſaltem ad rem ſit ius queſitum conſiderabile quia ſi etiam in re non eſſet dubium propter clauſulã que in prouiſiõibus apoſtolicis apponitur dũmodo tempore date non ſit al teri in dictis beneficiis ius queſitum, ſed dixi quod deciſ. faciebat contra & eius ratio nam de acceptatione uigo- re expectatiue per quam queritur ius ad rem ut ibi non tenetur impetrans apoſtolicus facere mentionem: quia ſine tali mentione ſufficiunt clauſule quas Papa proui- dẽdo apponit, ut dicitur in.d.deciſ.& no.Io.an.& Phil. Franch.poſt alios.c.ſi poſtq̃ de preben.eo.lib.ergo nec de oppoſitione dato quod per eam quereretur ius ad rem, nam licet expectanti præiudicatum diceretur quo ad beneficium acceptatum tamen gratia non peribat ex quo remanebat ſalua ad aliud uacaturum non ſic in pre ſentatis uel electis oppoſitio autem accedit ad accepta- tionem non ad electionem uel preſentationem patet q͂a in alio patrimoniali uacan.poteſt ſe opponere ſi in pri- mo nõ potuit ex oppoſitione ius habere ſicut expectans ſecũdum acceptare non ſicut ſic electus aut preſentatus ſit periret electio aut preſentatio quia acceptare pendet

& eſt in mera facultate expectantis, & non acceptare ita ſe opponere cum non requirat niſi factum oppoſitionis per ſe uel procuratorem coram ſuperiore, eligere uero ac præſentare a facultate & uoluntate tertii, propterea di cebam ꝙ per oppoſitionem nullum ius etiam ad rē q̄ri

3 ritur cum nemo † poſſet ſe præſentare eligere inſtituere baptizare & ſimilia quoniam debet eſſe perſonarum di ſtinctio.c.cum in iure de elect.c.fi. de inſti.c.per ueſtras de iure patro.c.debitum de baptiſmo cū a ſeipſo nullus oriatur nec in beneficio ius ſibi ipſi tale conferre ualeat oporteat quod peractum alterius tribuatur & tamen per

4 electionem † & præſentationem queritur ius ad rem per inſtitutionem & confirmationem in re.c.dilectus iuncta glo.de offi.lega.glo.in.c. cum Bertoldus de re iudi.& ibi Abb.iii.col.& eſt tex.in.c.fi. de conce.præben.in.vi. ad illud quod ſæpe fuerat iudicatum quæſitum fuiſſe ius etiam in re per oppoſitionem dixi quod fuit quia in tali bus eccleſiis, ita uolebat ſinodalis conſtitutio de qua fue rat datum uel probata cōſuetudo præſcripta, ſed ubi de altero non conſtat nullibi cauetur ex facto meo ius mihi in beneficio uel ad beneficium acquiri ergo &c.l.illam .C.de colla.nec eſt exemplis iudicandum.l.nemo.C.de ſenten.nec facio uim an prouiſio apoſtolica ſit ante tem pus datum ad opponēdum uel poſt prout alioqui facie bant, quia oppoſitio id ius non affert remota cōſtitutio ne & conſuetudine ut ſupra neque tempus reperitur id operari ſicut nec obligationem inducit nec tollit.l.obli gationum.§.placet.ff.de acti.& obli.hoc niſi ante proui ſionem apoſtolicam ordinarius inter opponentes tu liſſet ſententiam canonizatoriam oppoſitionis alterius etiam in qua inſtitueret prout ſolent facere ordinarii in talibus ſententiis tunc enim ius in re eſſet quæſitum non obſtan.quod a tali ſententia fuiſſet appellatnm & non ualeret apoſtolica prouiſio, ideo in partibus deberet fie ri examen & pronuntia infra octo dies ad hoc ut nō præ uenirentur ab apoſtolicis uel ubi ſunt ſtatuta aut conſue

tudo reformare ea & in ſcriptis redigere pro conſeruanda oppoſitione quæ eſt in cauſa quod plures docti fiunt qui remanerent ignorantes unde Rota quando poteſt iuuare probationes quod quæratur etiam ius in re multum diſpenſat,& ita concluſit maior pars quod non obſtan.conſtitutione nec conſuetudine oppoſitio non im-
6 pediat impetrantem,ſed ſi tempore impetrationis † apoſtolice lis eſſet inter opponentes bene introducta nõ ualeret prouiſio tacito de lite quando cederet in præiudicium iuris litigatorum alias ſic ſecundum Oldra.conſil. ccxcix.& Fely.in.c.in noſtra.de reſcrip.xv.corre.uideatur Mil.in uerbo gratia ſi eſt impetrata lite pendente cederet autem in præiudicium ſi oppoſitio alterius ualeret alias non deficeret & quando dicatur lis talis & confirmatio ordinarii uel inſtitutio habeat uim diffinitiue uel interlocutorie tradit glo.in.c.fin.de elec.in.vi.in uerbo inanes,& ibi Domi.& Phil.Franch.ac Abb.in.c.conſtitutis el.ii.de appella.iii.col.

Nonedecime deciſ.de præben.Summarium.

Inter onera beneficii curati & quicquid neceſſe habet Rector pro unico clerico aut pluribus & idem de aliis neceſſariis præter ſeruitium ipſius Rectoris cõputatur.

Epithome.

1 Expenſe unius clerici an minuant fructus adeo ꝙ in expreſſione ueri ualoris deducantur.

2 In expreſſione ueri annui ualoris an ſalarium deſeruientibus in eccleſia dari ſolitum detrahatur.

Decimanona deciſio.

DVbitabatur in una Parmen.ſeu Mantuan.parrochialis corã me.1519.in qua dabatur de regula

non erat expreſſus uerus ualor,& ſi deducebantur expē
1 ſe & neceſſaria † pro uno clerico, ita quod uenirent in oneribus ſuſtinebatur gratia alias non,nunquid eſſet fienda deductio.Et plures domini in prima poſitione conabantur tenere negatiuā ea conſideratione,quia ſicut Rector qui deſeruit per alium non poteſt deducere ſalariū ꝙ præſtat Vicario ex quo per ſeipſum ſeruire tenetur.c. extirpande.§.qui uero de præben.Ita nec debeat deducere pro uno clerico. Sed ꝓ affirmatiua allegabam tex. in.c.ut quiſq; de vi.& ho.cle.ubi habens curam populi debent habere clericum qui ei ſeruiat & ipſum iuuet igitur quicquid neceſſarium eſt pro clerico onus eſt & de redditibus deducendum hoc enim eſt impoſsibile plebanum ſine miniſtro in ſacrificio altaris & aliis ſine quibus miniſtrare ſacramenta ac ſeruire eccleſiæ non poſſet ſine uno clerico ſaltē eſſe poſſe unde ibi Abb.no.quod redditus eccleſiæ in dubio præſumuntur ſufficere ꝓ duobus quia debet ad minus eſſe in parrochiali unus clericus ultra ſacerdotem & Fely.in.c.ad aures.iii.col.de reſcrip.facit.c.i.de inſti.cum ibi not.& in ſecunda poſitione maior pars dominorum in affirmatiuam inclinauit licet poſtea partes concordauerim pur,canonizando gratiam & pro affirmatiua quæ etiam benignior noto.quod coram do.Martino de ſpinoſa in una regien.1521.inter Galea-
2 tium qui impetrauerat ob † non expreſsionem ueri ualoris & alium fuit habita a dominis conſideratio de ſalario cæterorum presbiterornm qui ultra rectorem neceſſarii erant pro ſeruitute ſeu ad anniuerſaria & alia miniſteria eccleſiæ prout ex fundatione cauebatur & merito quia omnia iſta onera etiam neceſſaria ſunt ſicut es alienū ante omnia deducenda.l.ſubſignatū.§.bona.ff.de uer.ſign. & ideo ubi eſſent neceſſarii duo clerici & tres uel ulteriores presbyteri ultra rectorem & eius ſeruitium totū eſſet in oneribus quod no.quia ſæpiſsime contingit.

Vigeſime deciſ.de præben.Summarium.

Si duæ prouiſiones concurrant eadem die præfertur illa quæ horã habet uel ſic Appoſitio hore in gratia ſeu inſtrumento facit iudicare ſeu præſumere anterioritatẽ ad aliam gratiam ſeu inſtrumẽtum eiuſdem diei horam non haben. Item in materia reintegrande poſſesſionis Rota reſtituit ad momentum.

Epithome.

1 Horam habens in prouiſione præfertur non habenti & qualiter probetur hora.

2 Gratia apoſtolica licet non posſit probari niſi per literas tamen eius qualitates per teſtes probari poſſunt.

Vigeſima deciſio.

Quotidianum eſt in curia quod cõcurrunt plures in prouiſione unius beneficii eadem die a Papa. Item a Papa & ordinario. Et quia hora non ponitur in prouiſione Papali ſi unus ex prouiſis per teſtes
1 probet † horam eius prouiſio præualet & canonizatur in Rota. Idem ſi in prouiſione ordinarii ſit hora ut præferatur apoſtolice ſine hora quia licet non ſequatur neceſſario anterioritas in habẽte aut probante horam nec probat hoc eſſe & c.l.neq; natales.C.de proba.c.in præſentia eo.ti.l.nõ ob hoc.C.unde legit.nec certitudine de prioritate conſtet tamen negari non poteſt quin certius probet unde probans de die uincit non probantẽ & iudicatur anterior ſaltem præſumptiue quia certior eſt ſua ꝓbatio dicit Cy.in.l.de rebus.C.de dona.an.nup.& Saly.in.l.ſi debitor.C.de priuileg.fiſci & dicit Bal.in.d.l.de rebus quod probari poteſt prioritas in hora uel puncto ergo ex duabus gratiis eiuſdem diei præfertur & præſumitur prior illa quæ horam habet in literis uel quæ per
2 teſtes eam probauerit, nam licet gratia † ipſa apoſtolica debeat probari per literas quod examinant Archi.Ioã.

an.Domi.& Phil.Franch.in prohe.vi.in fi.& ponit Bal. in.l.humanum.C.de legi.Abb.in.c.in noſtra ulti.col.de reſcrip.& concludit Rot.xxvii.in no.eo.titu.Nihilominus tempus qualitas & circūſtantie bene poſſunt probari per teſtes,ut.d.deciſ.xxvii.& eſt glo.in uerbo ſi nō appareat in.c.duobus de reſcrip.in.vi.uolens etiam p̃ confeſſionē partis poſſe apparere & facit quod Bar.& Alexan.tradunt in.l.certi conditio.§.i.ff.ſi cer.pet.quod probatio requirens ſcripturam poteſt declarari coadunari & certificari per teſtes & ibi habes multa ſimilia ad hoc.c. ſi a ſede de præben.in.vi.a ſimili quod ſicut ibi poſſesſio prouiſi ab ordinario uincit apoſtolicum q̃uis non inferat nec concludat prioritatem,ita hic temporis diei uel hore appoſitio,ad hęc etiam communis theorica quam Soci.& Iaſo.in.l.i.in prin.col.ii.ff.ſolu.matri.ſequuntur tanq̃ ueriorem dicentes ita fuiſſe iudicatū in curia & ita tenuiſſe etiam Mar.fili.& alios in.d.l.de rebus,& Io.de plate.in.l.i.C.de iure fiſci lib.x.quicquid idem Soci.con ſulendo oppoſitum tenet cōſi.lxxxvii.in conſiliis ultimo & nouiter impresſis.Cuius motiua ex prædictis tolluntur & ex hiis quæ ipſe & Iaſ.ponunt in.d.l.i.& ita.1521. de menſe Iunii in una Viterbien.cappel.coram me fuit poſt antiquam & modernā obſeruātiā concluſum quod reſtitueretur ad poſſesſionem expectatiuus qui habebat horam in inſtrumento poſſesſionis.xxii.ab habēte poſſesſionem etiam inſtrumētalem eadem die ſine hora nō obſtan.quod continuauerat,& ſic poterat præſumi anterior ex quo ſtante certiori probatione hore & coniectura anterioris poſſesſionis debeat reſtitui ad illum ſtatum poſtq̃ rota reſtituit ad ſtatū ſpoliatos non attento quod momento poſſederint inq̄t Alex.viii.di.quo iure arg.l. cū ſponſus ſponſe.§.fi.ff.de publicia.& ita pronunciaui.

Vigeſime prime deciſ.de præben. Summarium.

Si impetratio beneficcii in curia uacantis extra curiam

ſit in

ſit in die obitus non præſumitur facta poſt obitum etiã ſi non cadat ueriſimilis notitia obitus.

Epithome.

1 Mors præſumitur ꝙ impetrationem præceſſerit etiam ſi eadem die facta reperiatur.

Vigeſimaprima deciſio.

Cardinalis Ferrariẽ. impetrauerat decanatum eccleſiæ Capuane per obitũ reperiebatur impetra-
1 tio facta in die obitus † cũ derogatiõe regulæ de non ueriſimili notitia obitus fuit concluſum pro ualida impetratione, quia licet impetranti incumbat onus probandi uacationem tempore impetrationis cum agat ad canonizationẽ. l. ii. ff. de proba. & teneatur uerificare cõtenta in ſua gratia, ut per Modernos maxime per Fely. in. c. ad aures de reſcrip. Et non probet quod poſt obitum impetrauerit probãdo diem mortis. l. neq; natales. C. de proba. c. in præſentia eo. ti. tamen fuit dictũ quod præſumebatur mortem præceſsiſſe prouiſionẽ ex quo in dubio præſumitur illud præcedere quod eſt neceſſarium ad ualiditatẽ actus. l. cum in teſtamẽto. §. hæc uerba. ff. de here. inſti. & ibi Cy. & Bal. dicentes notabiliter id fingi præceſsiſſe quod facit actum ualere facit. l. quotiens. ff. de reb. dub. & c. Abbate ſancti Siluiani de uerb. ſigni. ꝙ in dubiis pro ualiditate actus & ut magis ualeat ꝗ pereat & quia ſumus in prohibitis. c. ii. de conceſ. præben. debet præſumi factum tempore licito ad uitãdum delictum. l. merito. ff. ꝓ ſoc. & Bar. in. l. non ſolum. §. ſed ut probari. ff. de ope. no. nunci. & non obſtan. quod nõ potuerit haberi notitia obitus ueriſimiliter poſtq̃ erat regulæ derogatum contra quod uidetur. l. heres inſtitutus cum ſe. ff. de acqui. here. quibus reſpõdeas quod impetrãs quo ad ſe firmiter credit uacare qui impetrat, ſed

ne quid obſtet regulæ derogari petit uel quod in benefi ciorum impetrationibus ita fiat etiam ſcientia & tollerã tia Pape & ſatis eſt quod uere uel pręſumptiue impetra tio ſequatur obitum cum derogatione regulæ quando non erat posſibilis notitia & pro iſta ampliantur deciſio nes Rot.i.in antiqor.Biſignet de præſumptio.ac.xxiiii. in antiq.de probatio.& ſecunda de except.ac tertia de conceſ.præben.in no.& Egi.cccxliii.cum ſi.

Vigeſimeſecundæ deciſ.de præben.Summarium.

In cathedralibus prouiſio præben.pertinet ad epiſco pum & capitulum ſimul in collegiatis præſentatio ſeu electio ad capitulum inſtitutio ſeu confirmatio ad epi-ſcopum exceptis patronatis & ſalua conſuetudine.

Epithome.

1 Collatio præbendarꝫ in cathedralibus ad quē ptineat.
2 Præbendarum collatio eſt communis inter epiſcopum & capitulum.
3 Collatio beneficiorꝫ in collegiatis eccleſiis de iure com muni ad quem ſpectet.

Vigeſimaſecunda deciſio.

1 Varie reperiũtur opiniones ad quos collatio † prę bendarꝫ in cathedralibus ſpectet & Rota ēt uaria uit quia Egi.deciſio.lxix.refert palatium ample-cti hãc opinionem quod collatio prębendarꝫ huiuſmo di pertineat ad epiſcopum cum conſenſu ſui capituli,& fuit opinio Com.in.c.cum eccleſia uulterana de elect. pro qua facit.c.ea noſcitur de hiis quæ ſi.a præla.& eã proſequitur Domi.& Alex.xxi.di.c.i.quando illi de ca pitulo uiuunt & ſunt habiles ad eligendũ & adminiſtra-tio eccleſiæ non eſt diuiſa inter capitulum & epiſcopũ

c.q̄q̄.& ibi glo.de elec.in.vi.c.nouit.c.quanto de hiis quæ ſi.a prę la.c.i.de capel.monach.c.cum ex iniunc̄to. de hered.Io.an.in regula quod alicui in mercurialibus de reg.iur.in.vi.& ita inquiunt no.Ho.in.d.c.cum eccle ſia & procedit.c.a collatione de appella.in.vi.& ita po⸗ teſt uno modo intelligi.d.c.ea noſcitur & facit.c.edoce ri de reſcrip.& ita procedit ſecundum eos opinio in.d. c.cum eccleſia & Archi.ibi tenentis requiri conſenſum Hoſti.uero uoluit ſpectare ad epiſcopum cum conſi.ca pituli in.d.c.cum eccleſia quādo bona & adminiſtratio ſunt ſeparata inter capitulum & epiſcopum non ſi ſimul poſſideantur ut referūt Abb.ibi.iii.col.& Domi.& Ale xan.in.d.c.i.allegātes ad hoc.d.c.nouit &.c.q̄to & Ar⸗ chi.in.c.iii.de conſue.in.vi.& Fed.de ſen.conſi.xxxix. Alio tempore Rota tenuit quod ſpectet ſimul ad epi⸗ ſcopum & capitulum ut de conce.præben.iiii.in not.& ab iſta opinione non diſcedit Alex.in.d.c.i.& Abb.in d.c.cum eccleſia.quando præbende fuerunt inſtitute de bonis communibus uel ſumus in dubio ex quo tunc de talibus præſumitur creato & Abb.in.d.c.refert hāc par tem tenere glo.in uerbo per capitulum ipſum ſimplici⸗ ter loquendo in.c.irrefragabili de offi.ordina.in.c.ſi.de ſup.neglig.prælatorum.& in.§.i.xxi.di.in uerbo.& mi⸗ nores & ſecuti ſunt in.d.c.cum eccleſia Phi.V in.& Go⸗ fre.& pro iſtis facit ſecūdum Io.an.c.quod quibuſdam de fideiuſſo.&.c.quia nonnullis de magiſtr.& quodam modo docto.Moderni tranſeunt communiter cum hac opinione ait Abb.& pro ea opinione ut communi ſecū dum Pau.plura colligit Egi.d.deciſiōe.lxix.& Alexan. in.d.c.i.dicit quod uidetur maioribus auctoritatib.glo. & docto.munita & communis pro qua etiam eſt glo. in.d.c.cum eccleſia & Abb.quia quando præben.ſunt fundate de bonis particularibus perſone retinentis ſibi patronatum in quo ſolo caſu Abb.concedit præſenta⸗ tionem patrono & inſtitutionē epiſcopo cum conſilio ſeu cōſenſu ſui capituli ſeu non abiicientis cum tunc ēt

quærat patronatum.c.ſignificauit de teſti.Rota.v.de iure patrona.in antiq.utiq; non eſt reſtringere concluſionem: quia in omni beneficio patronato ex gratia patrono eſt conceſſa præſentatio & epiſcopo inſtitutio de iure abſq; eo quod capitulum habeat participiū.c.iii.de iure patrona.c.ex frequentibus de inſti. glo.pen.in.c.fi.de offi.uica.in.vi.&.c.i.de inſti.eo.lib.niſi in conſilio uel cōſenſu ſecundum Abb.Nam in materia allegata excipiūt beneficia patronata tanq̄ habentia ſuam naturam ab aliis ſeparatam.Item beneficia alia in quibus conſuetudo circa prouiſionem aliquid indixit uel illud ſeruetur, & propterea ſunt uarie conſuetudines eccleſiarum Ro
2 ta hodie iſtam † opinionem ſequitur, ut ſit communis epiſcopi & capituli prouiſio in omni caſu ſalua conſuetudine & patronatis exceptis & eſt ſecurior quia cōmunior ut eſt dictum.c.prudentiā de offi.deleg.in princ.i.& ibi Abb.poſt alios de conſtitu.& ad eam plurium ſententia ex adductis concurrit ac eſt applicabilis.In col
3 legiatis uero eccleſiis cathedralibus inferioribus † Egi. deciſio.718.refert in prin.q; de iure communi collationes ſpectant ad collegia & prælatos ſimul ſecundū Cal. in.d.c.cum eccleſia,& poſtea allegat in contrariū Biſignet de præben.& in antiquioribus dicit etiam ad prælatum & capitulum collationem canonicatuum & præbendarum ſpectare nō ad Epiſcopū.idcirco Lap.alleg. xxxii.i.concluſio.& deci.iiii.in not.de conceſ.præben. ſinautem ptineret ad collegia & refert opi.& domino fuerunt uarii Io.de lig.cuius opi.Rot.refert in.d.deci. iiii.uoluit ut præſentatio ad collegiū ſeu capitulū, inſtitutio ad epiſcopum pertineat,& hanc opi.ſequitur Fede.de ſen.cōſi.ccxxiii.alias.cxxxiiii.ut inquit Abb.in.d. c.cū eccleſia & ibi etiā collect.& Car.in.iiii.q.& eā ſeq tur Abb.ibi niſi in caſu in quo præbende non eſſent annexe canonicatibus ſed conſiſterent in mera tēporalitate,ut tunc quo ad canonicatū præſentet capitulū & epiſcopus inſtituat quo ad præbendas capitulū prouideat

de qua diſtin. dubitat Alex.in.d.c.i.xxi.diſtin.pen.col. propter communionem q̃ habet canonicatus cum præbenda ſecututus idē in utroq; caſu.& ad hoc faciūt no. p Archi.x.q.i.regenda,& no.per Inno.in.c.cum uenerabilis de religio.domi.& Io.an.in.d.c.i.de capel.monachorum? na.in.vi.& hanc concluſionem ut communē ſecuta eſt Rota in una nouariē.coram.d.B.de petraſancta.1520. & in alia Bononien.canonicatus & præben.in eccleſia collegiata ſeculari inter Cardinalem de grasſis ſeu ab eo prouiſum ex una, & Bar.Barbatia ex alia a capitulo electum coram do. Hugone de ſpina.1520.q͛ eſt menti tenendum propter uarietates opi.& tanta iura in hac materia tam in iſto q̃ in ꝓximo articulo in quibus doct.multa ſcribunt,quorum iurium multitudo opinionumq; tanta uarietas obſcuritatem quandam perplexitatemq; cauſat & alias ambiguum in iure,prout Bar.inquit in.l.qui rome.§.duo fratres col.iii.ff.de uer.oblig. & Abb.in.c.paſtoralis in prin.de reſcrip.& uideatur Io. de ſilua in tract.de beneficio in.ii.parte.xxii.q.v.caſu', & Domi.& Alex.in.d.c.i.But.& alii in.d.c.cum eccleſia, & ponderentur glo.in.d.c.q̃q̃.quam no.Abb.in.c.cum ueniſſent de reſti.in integ.ſecundo not. q͛ ab exordio iuris antiqui & diſpoſitione eccleſiæ Epiſcopi prouidebant de omnibus beneficiis ſue dioceſis non expectata electione ſeu præſentatione aliquorum:& poſtea fuit inductū,ut in eccleſiis collegiatis electio ꝑtineret ad collegiū,inſtitutio ad Epiſcopū.c.i.de elect.cum ibi not.p docto.& in patronali præſentatio ad patronum & ad Epiſcopū inſtitutio,& ꝓ ea q̃ dicta glo.diſtinguit multa iura in materia adducta poſſunt declarari & ad cōcordiam reduci,& ideo ex cōſuetudine' Epiſcopus poteſt habere ius eligendi in collegiata & regulari, ut ex text. colligit ibidem Abb.ex quo de facili fit reditus ad priſmeuam naturam.xxxv.diſtin.ab exordio.& nedum eo caſu ſeruari debet conſuetudo uerum etiam quando deuiaret a iure prout ex dictis doctorum colligitur in hoc

articulo & præcedenti,ut concluſiones etiam hodierne procedant ſalua conſuetudine & exceptis patronatis.& ꝙ in collegiatis electio pertineat ad collegium non ad Epiſcopum uel legatum tenet etiam Abb.in.c.cum uenerabilis de excep.xii.col.allegat.c.ii.&.iii.de offi.lega. in.vi.Et ꝙ epiſcopus habet confirmare electionem,ẽt ſi ſit collegium religioſoꝝ tenet etiam Abb.in.c.cum colligit & in.c.ſignificauerũt in prin.eo.tit.ſup quo Domi. & Alex.plene in.d.c.diſtinguentes collegium eccleſiæ ſecularis a regulari,caſus autem in Nouarien.& Bononien.erant de collegiatis ſecularibus & iſta ſunt quotidiana propter frequentes uacationes præbendarum & canonicatuum in cathedralibus & collegiatis.

Vigeſimetertię deciſ.de præben.Summarium.

Beneficia familiariũ Pape defuncti q obierũt in familiaritate alicuius Cardinalis uiuentis utrũ ſpectent ad liberã diſpoſitionẽ ſucceſſoꝝ pontificũ abſq̧ cõſenſu dicti Cardinalis & aliis reqſitis ꝑ regulã.xxx.in fauorem Cardinalium editam uel ſic an ſicut familiaritas ad papam uiuentem offuſcat familiaritatẽ ad Cardinalem nõ obſtante dicta regula,ita faciat reſeruatio ſeu affectio reſultans ex familiaritate ad prædeceſſorem pontificem.

Epithome.

1 Prouiſio Pape de beneficio uacante per obitum familiaris prædeceſſoris ſui defuncti in familiaritate Cardinalis uiuentis an ſit canonica.

2 Affectum ſemel ſemꝑ durat affectum donec de eo prouideatur.

3 Inferiorum manus ꝑ reſeruationem affectionem & decretum Pape ligate exiſtunt.

4 Familiaritas Pape defuncti conſideratur ex effectu ex ea reſultante qui durat etiam eo defuncto.

5 Familiaris Pape uel Cardinalis licet eſſe deſinat benefi-
cia tamen quæ tempore familiaritatis obtinebat re-
ſeruata remanent.
6 Regulæ cancellarie ſunt ſtricti iuris adeo ꝙ nec extēdi,
nec ſuos terminos egredi poſſunt.
7 Reſeruata & affecta beneficia Pape ad eius ſucceſſorem
tranſeunt.
8 Reſeruatio nulla eſt maior in iure q̄ inducta per.c.ii.de
præben.in.vi.
9 Dignitas maior poſt pontificalem aut principalis in col
legiata ſi uacat per obitum familiaris Cardinalis an
requiratur conſenſus Cardinalis ex quo ſunt reſerua-
ta Pape per aliam regulam.

Vigeſimatertia deciſio.

VTrum reſeruatio ſeu affectio præcedens ſeu re-
manens ex familiaritate.N.Soſa.ad Alexandrū.
vi.mortuo Alexandro ſuperet familiaritatem q̄
idem Soſa poſtea habuit ad Cardinalem ſanctæ Crucis
in cuius uiuentis familiaritate obiit taliter quod ualuerit
prouiſio Leonis.X.facta Io.bertrandi abſq; expresſiōe
1 † nominis & tit.& ſine cōſenſu eiuſdem Cardinalis quę
ad ualiditatem prouiſionis apoſtolice regula cancella-
rie trigaſima requirit ſicut ualuiſſet ſi Soſa præfati Leo-
nis fuiſſet familiaris,ut in deciſ.ix.ſupra eodem titul.in-
cipiente ſtante familiaritate Titii.& arguendo ad partes
primo uidetur quod non fuerit ualida cum ceſſauerit fa
miliaritas Pape per obitum Alexandri & ſic concurſus
maioris familiaritatis cum minori.Ita quod non obſtat
quod iudicatum eſt ut maius lumen offuſcet minus, ut
in.c.uolētes de offi.leg.c.ſollicite de maio.& obe.c.an-
tiqua de priuileg.l.iiii.§.ſi tam uicinum, & ibi Bar.ff.de
dam.infec.Secundo quia Cardinalis haberet beneficiū
regulæ etiam ſi Soſa fuiſſet prius familiaris alterius Car
dinalis defuncti tempore obitus Soſe,ut in.d.regula ſic

ergo reſeruatio cauſata ex familiaritate primi Cardina-lis defuncti quę uel cuius effectus remaneret ad utilitatē Pape non nocet ſecundo Cardinali ſuperſtiti, ita nec debet nocere cauſata ex familiaritate Pape defuncti ex quo utraq; eſt ad cōmodū Pape. Tertio ſi Papa ſibi uoluit præiudicare per dictam regulam reſpectu familiaritatis Cardinalis defuncti propter ſecundū Cardin. uiuē-tem eadem cōſideratione uidetur ꝙ idē uoluerit reſpectu familiaritatis ad ſuos prædeceſſores cum proſpiciat Cardinalib. quo ad honorē & cōmodū & de ſuo det ſibiq; tantum præiudicet unde latiſſime in ipſius præiudiciū Cardinaliūq; beneficiū debet interpretari. l. ſi. ff. de conſti. prin. c. cum dilectus de conſue. c. dilecti. de dona. c. olim de uer. ſign. glo. in cle. ſi de beneficio de præbē. Cal. conſi. xxii. eo. ti. & vii. de reſcrip. Abb. in. c. ſup eo. col. ii. de offi. deleg. & in. c. ſi. de penit. & remiſ. Quarto q̄a ratio regulę fuit ꝓpter onera & impenſas ac alia quę Cardinales ſuſtinent pro eoꝝ familia ſecundū Rot. de præben. in antiq. xvi. quæ militat licet reſeruatio remaneat ob Pape familiaritatē iā ceſſantem. Neq; ob. ꝙ ſit iudicatū in beneficiis prothonotariorum non eſſe locū regulæ ratione potentioris uinculi per tex. in. d. c. uolē-tes & in. d. c. ſollicite cum aliis quia potuit eſſe ex eo ꝙ tales ſunt ſedis apoſtolice officiales non unius Pape tantum, familiaris uero unius Pape non remanet familiaris alterius nec ſedis apoſtolice. Ex aduerſo uidetur ꝙ ualuerit prouiſio quia q̄uis ceſſet familiaritas remanet re-
2 ſeruatio ſeu affectio † & ſemel affectū ſemper durat tale donec de eo prouideatur iuxta extrauagā. Pau. ii. ad Romani de conceſ. præben. & Rot. in antiquior. Biſignet. xx. de præben. ac in anti. xiiii. & in no. xi. q̄ reſerua-
3 tio † ſicut affectio & decretum omniū inferioꝝ manus ligant. c. inter dilectos cum materia. & ibi Inno. de exce. præla. c. ſi eo tempore & ibi etiam docto. de elec. in. vi. & c. ii. de præben. eo. ti. de affectis enim & reſeruatis ſolus Papa prouidet & uinculum reſeruationis. Item affe-

ctionis ad Papam afficit ꝙ regulæ locus non ſit, hoc ẽt patet ab ordine regularum primo reſeruantiũ Pape po ſtea prouidẽtium Cardinalibus qui ordo in eis ut eſt in palatio in multis aliis caſibus conſideratũ & obtentum denotat ordinem uoluntatis.l.quotiens.ff.de uſufru.& c.mandato de præben.in.vi.Nec in propoſito uidetur
4 differre ꝙ duret uel non Pape familiaritas † ex quo ꝓ duxit reſeruationem quæ durat & affectionem quæ re ſeruatio inſpicitur ẽt uiuente Papa cuius fuiſſet quis fa miliaris non familiaritas ut familiaritas ſed uinculum & effectus ex ea reſultãs & ſic ex familiaritate maioris cau ſatũ nimirꝫ ſi durat & offuſcat ita mortuo ſiue uiuo pon tifice & recte procedat iudicium fundatum in maiori lu mine & ordine regularum. Nam & ſufficit quod fuerit
5 quis familiaris † alicuius Cardinalis uel Pape quamuis poſtea eſſe deſinat ad hoc ut beneficia q̃ tempore fami liaritatis obtinebat remaneant reſeruata Pape ut eſt di ctũ & proſequitur Felyni.c.in noſtra cor.xxi.de reſcrip. Illud autem quod non noceat ſecundo Cardinali uiuẽ ti uinculum cauſatum ex familiaritate primi eſt propter regulam in qua id Papa conceſſit in ſui pręiudiciũ alias noceret prout in regula tertia & cum dicta regula.xxx. non dicat de uinculo cauſato ex familiaritate Pape nec nos dicere debemus.l.ſi ſeruus.§.non dixit prætor.ff. de acquiren. heredita.ſatis eſt enim quod in expreſſis gratiam de ſuo fecerit item uerba regulæ non conue niunt niſi uinculo cauſato ex familiaritate Cardinalis nõ ergo in aliis includitur mens Pape qn potius includitur .l.has accuſare.§.in omnibus de accuſa.&.l.iiii.§.totiẽs .ff.de dam.infec.in qbus ſi uoluiſſet dixiſſet.c.ad audiẽ tiam de dec.& cum ſit caſus omiſſus remanet in diſpoſi tione iuris,& regulæ tertiæ reſeruantis Pape indifferen ter.l.ſi cum dotem ſolu.mat.&.l. commodiſſime.ff.de lib.& poſth.& dato quod ratio regulæ fuerit ob alimẽ ta & onera &c.non ſequitur quod extra caſum ſuũ pro
6 cedat ex quo uerba non patiuntur & alias regulæ † ſint

ſtricti iuris ſicut ſtatuta taliter quod nō debēt extēdi nec ſuos terminos egredi.l.iii.§.hæc uerba el.ii.de neg.ge. .l.in agris.ff.de acqui.re.do.&.c.i.de ſepultu.& ꝗ ſtricte in expresſis duntaxat accipiatur cōſtat etiam ex eo quod loquitur de uacatione per obitum & non extenditur ſi ciuiliter familiaris moriatur aut beneficio priuetur ſeu renuntiet ſecundum gloſatorem ſuper ea nec eſt aliqua in regula expreſſa ratio ex qua in uim extēſiuam ſeu comprehenſiuam ueniat caſus ſimiles ad.l.Libertū .§.ſenatuſconſulti.ff.de rit.nupti.& cle.i.iuncta.glo.de elect.nec unica quæ habeatur pro ſcripta iux.glo.peregrinam in.l.quis.C.de fideic.quoniam duas alias conſiderat Egi.dec.cccxxxii.quæ uideatur ibi.& eſto quod illa de alimentis & oneribus eſſet una & finalis ex qua liceret arguere & quæ ſufficeret ad.§.affinitatis inſti.de nupti.omnino obſtāt prædicta & hoc quod reſeruatio ex familiaritate Pape non eſt ſimilis nec equalis reſeruationi ex familiaritate Cardinalis ſed potius maior igitur &c.c.ſedes de reſcriptis.c.qui ad agendum de procur. in.vi.& cle.non poteſt eod.titu.& per præmiſſa tollitur etiam illud de latisſima interpretatione quæ ex multis hic non accommodatur etiam ex eo quod eſt pronuntiatum in beneficiis prothonotariorū & ſimilium. Nec refragatur quod tales ſint ſedis apoſtolice officiales cū idem iudicetur de camerariis & aliis familiaribus Pape habentibus officium ſi ad familiaritatem Cardinalium tranſierint,item aperta eſt differentia inter Papā & Cardinalem quia Cardinales non habent ſucceſſorem in familiaritate neqꝫ in reſeruatione aut affectione etiam ſi eius contemplatione eſſet in aliquo cōſiderabilis Papa
7 autem ſic quo ad reſeruationem & affectionem † etiā ſi familiaritas de perſona ad perſonam non tranſeat quoniam ſedes apoſtolica nunquam moritur nec imperiū c.ſi gratioſe de reſcrip.in.vi.& in auct.quo.opor.epi.§. licentiā col.i.itaqꝫ reſeruata & affecta Pape ad eius ſucceſſorem tranſeunt & niſi eſſet dicta regula.xxx.reſer

uatio præcedens ex familiaritate Cardinalis nihil bene⸗ficii aut utilitatis afferret.primo Car.nec qdem ſecundo qa ꝙ beneficia familiariũ ſint Cardinalibus reſeruata dicere non poſſumus ſed habent tantum id quod eis re⸗gula conceſſit,facit etiam pro affirmatiua quod ponit Bellenzi.in tract.de chari.ſub.q.cxvi.pro qua põderat glo.dictæ regulæ uerbũ ſimilẽ tranſierint innuens ꝙ ſi ad maiorem puta Pape non ſit locus regulæ exhorbi⸗tanti ut in.d.c.uolentes & ibi Abb.dc offi.deleg.& quia perſona loquentis cenſetur excepta ut non ueniat in generali ſermone.l.inquiſitio.C.de ſolu.&.c.uenientes de iure.iur.& ex hoc infert ad caſum cum regula loquatur de familiaribus Cardinalium non Pape exemplifican⸗do etiam in officialibus ſedis apoſtolice firmans ita eſſe de iure licet ſubiiciat contrarium fuiſſe practicatum in beneficiis unius prothonotarii & ſcriptoris apoſtolici propter unam conſtitutionem factam in conclaui tem⸗pore electionis Inno.viii.quod non obſtat quia potuit Innocentius ita mandaſſe uel capitula conclauis aut iſtã conſtitutionem factus pontifex confirmaſſe & ſecundũ eam fuiſſe iudicatum quæ hodie nõ appareat & magis facit pro q̃ contra quia ſi eſt de iure non erat opus con⸗ſtitutione & alias legibus iudicandũ eſt nõ exẽplis.l.nemo.C.de ſenten. Verum pro negatiua facit quod regula praticatur & procedit in beneficiis familiarium Cardinalium apud ſedem apoſtolicam decedentium & nulla
8 † eſt reſeruatio maior in iure uel alias magis peculiaris q̃.c.ii.de præben.in.vi.igitur uidetur ceſſare illud de maiori lumine & potentiori uinculo cui glo.regula reſpõ⸗det quodin hoc Papa ſibi prẽiudicare uoluit & licet clare non exprimat omnino ita eſt tenendum quia ſi iſtud non eſſet parum aut nihil regula prodeſſet ex quo familiares Cardinalium pro maiori parte in copioſo numero moriuntur apud ſedem ob continuam Cardinalium in Roman.curia reſidentium ꝓ quo.l.ſi quando.ff.de leg.i.&.c.ſi Papa de priuilegiis in.vi.item ſtante natura

li Cardinalium in curia neceſſariaq; ut in.c.bone.el.i.cū ibi not.de poſtu.præla.& quia ſine Pape licentia nō abſunt ab ea priuilegium & beneficium regulæ intelligendum eſt ſecundum perſonarum conditionem & conſequenter etiam conſiderata morte familiarium apud ſedem.l.plenum.§.equitii.ff.de uſu.& habi.magis autem
9 faceret pro negatiua ſi in prima dignitate † poſt pontificalem ac principali in collegiata quæ ſunt reſeruata Pape per dictam regulam.xxxi.requirat conſenſus Cardinalis & ſic locus regulæ.xxx.& Alfonſus contreras procuratur Cardinalis ſancte Crucis iudicatū aſſerebat quia ſi ita palatium regulam intellexiſſet non poſſet asſignari rationis diuerſitas inter caſum & caſum ſed quod taliter fuiſſet iudicatum nihil oſtendit neq; ego declaro hic opinionem meam propterea quia cauſa adhuc pendet indeciſa coram domino Io.ſtaphileo Epiſcopo ſibinicen.

De Conceſſ. Præben.

Prime deciſ.de conceſſ.præben. Summarium.

Acceptare non poteſt tria beneficia in una collatione habens expectatiuā ad tres collationes & tria beneficia ſed unum duntaxat in qualibet. Vel ſic expectatiua ad duas uel plures collationes & totidem beneficia intelligitur diſtributiue de uno beneficio in qualibet.

Epithome.

1 Expectans habens ad duo uel tria in duabus uel tribus collationibus nō poterit acceptare niſi unum in qualibet collatione.
2 Creatus in canonicum non poteſt in illa collatiōe aliud beneficium acceptare præter præbendam.

Prima Deciſio.

QVod habẽs gratiam expectatiuã ad
duo uel tria quæ infra menſem du-
xerit acceptãda in forma in duabus
uel tribus collationibus non poſſit
1 acceptare duo uel tria in † eadẽ col
latiõe ſed unũ tantũ poſt longas di
ſputationes fuit cõcluſum a maiori
parte dominoꝝ intelligendo diſtri
butiue nõ collectiue fundamentũ fuit quia ſicut Papa in
dubio nõ uidetur uelle grauare eccleſiã in admiſſione
duorum.c.mandatum de reſcrip.ita nec onerare colla-
torem niſi ad unũ facit quia ad tres collatores & colla-
tiones gratiã faciat & ad tria beneficia ex quo diſtribu-
tio colligitur & ſi aliter eſſet ſequi poſſet ut dicebã quia
in una collatione aut dioc.eſſent.xxx.expectantes quili
bet habens ad tres & tria quæ poſſent in eadẽ collatio-
ne uel dioc.acceptare.xc.beneficia & ſic malitioſe noce
re uni collatori ac collationi unde aperiretur ẽt uia ad
malignandum quod fieri non debet.l.ii.de indic.uidui.
tollen.l.meminerint.C.unde ui.& ita.1518.de mẽſe No
uembris pronuntiauit dominus Martinus de Spinoſa
in una Trechoren.parrochialis cuius ſententiam reuo-
caui quia fuit ꝓducta gratia ꝙ duas parrochiales in ea-
dem dioceſi.poſſet acceptare ergo quando nõ dicitur
de duabus datur intelligi quod ſcribitur diſtributiue:te-
nentes oppoſitũ conſiderabant quod uerba non repu-
gnabant quin tria poſſent in eadẽ collatione acceptari
nec Pape mens quæ iure probaretur cũ nullibi hoc ca-
uetur &c.l.illã.C.de colla.itẽ quod Abb in.d.c.mãda-
tũ aſſerit expreſſe nõ prohiberi quod Papa nõ intendat
grauare eccleſiã ſuꝑ receptione duoꝝ.Sed fuit reſpon-
ſum ſatis eſſe cautum ex mente.d.c.ſeu arguendo an ſi-
mili ſtante eadẽ ratione.l.nõ poſſent.ff.de legi.quodq̃
uerba in diſtributione trium collationum & beneficioꝝ

in hoc arguebant mētem Pape qui ſi interrogaretur ita clarius exprimeret uériſimiliter ex prædictis igitur ha⸗beatur ꝑ expreſſo.l.tale pactum.§.fi.cum ibi not.ff.de
2 pact. Ad hoc quia quando aliquis creatur † in canonicū in aliqua eccleſia non poteſt in illa collatione aliud be⸗neficium acceptare præter præbendam acceſſoriā ſeu qua non debet canonicuscarere ut dico in deciſione in⸗cipiente Receperat capitulum & tamen ſi plura poſſent acceptari creatio in canonicum cum expectatione præ⸗bende non impediret quo ad alia cum non accipiatur niſi pro uno beneficio item opponebatur quod ex.d.c. mandatum & eius mat.ſolum dabatur exceptio ut dicit ibi Bar.ergo plura acceptari poſſunt ſi non excipiatur ſed an hæc ſit cōmunis ſententia aliquid dico in illa de⸗ciſione quod nulla eſt ipſo iure ſecunda reſeruatio pen⸗ſionis tacito de prima incipit concluſum eſt in una Cre⸗monen.& iſte paſſus non fuit diſputatus quia de exce⸗ptione Epiſcopi conſtabat per collationem, ulterius cō tra concluſionem dicebatur quod quando in una dioc. ſunt plures collatores omnes grauabantur & ratio.d.c. non cadebat ex quo non ſolum Epiſcopus ſed hoc po⸗teſt negari niſi dicatur etiam de collatione inferiorū & tunc ratio eſt eadem reſpectu totius dioc.q̄ unius eccle⸗ſiæ aut collatoris inferioris Epiſcopo ut ſicut in una ec⸗cleſia non uidetur Papa intellexiſſe de duobus ita quan do concedit gratiam in dioc.ut reſpexerit ad unū in to⸗ta dioc.quotquot ſint collatores ex ueriſimili coniectu⸗rata uoluntate ſeu ex cōſuetudine eius ex qua inſurrexit illa præſumptio tacite uoluntatis ut inquit Abb.in.d.c. & ita audiui a pluribus curialibus fuiſſe hactenus expe⸗ctatiuas intellectas & ꝙ domini in Parco ita ſentiunt.Itē ſi in una dioc.nō eſſet alius collator q̄ Epiſcopus obie⸗ctio ceſſaret,& demus quod in una eccleſia plures eſ⸗ſent collatores certe deciſio.d.c.ita ꝓcederet ſicut ſi eſ⸗ſet unus tantum quando grauamen reſpectu eccleſię cō ſideratur idem ergo quando de dioc.ut reſpectu totius

dioc.facit.l.quæ de tota.ff.de rei uendica.

Secundæ deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Habens expectatiuam ad duas collatiões & duo beneficia poteſt cum effectu acceptare utrunq; in eadem ſi collator taceat & nemini conferat alias unum tantum uel ſic. Quod dicitur expectatiuam ad plures collationes & plura beneficia conceſſam intelligi diſtributiue non collectiue procedit ſi excipiatur. Non q; ipſo iure acceptatio omnium in eadem prohibeatur.

Epithome.

1 Expectatiua ad duas collatiões & totidẽ beneficia quãdo effectum ſortiri poſſit in una tantum collatione.

2 Papam grauare uelle eccleſiã de duobus beneficiis de iure non præſumitur.

Secunda deciſio.

Quod in proxima deciſione fuit omiſſum fuit poſtea de menſe Maii.1523.in una cauſa Bergomen.ſeu Cremonen.clericatus de Romano coram me pendente in tertia inſtantia deciſum uidelicet
1 quod expectatiua † ad duas uel plures collatiões & ad totidem beneficia poſſet effectuari in una & eadem collatione quo ad utrunq; uel omnia prout contigerat qa expectans acceptauerat duo beneficia uacantia per obitum unius in eadem dioc.& hoc ex quo ordinarius collator non contradixerat neq; beneficium de Romano quod erat alterum de acceptatis contulerat taliter quod non repugnantibus uerbis expectatiue ut in præcedenti concluſione eſt adductum ſiue conſideratio q̃ colligi
2 tur ex.c.mandatum de reſcrip.quod Papa † non intendit grauare eccleſiam de duobus niſi id exprimat ut ait

Io.an.in.c.pen.col.fi.eod.titu.in.vi.& eſt expreſſum in d.deciſione procedat ex mente iuris ſeu ex ueriſimili & coniecturata concedentis uoluntate nel ex eius conſuetudine ex qua inſurrexerit præſumptio tacite uoluntatis ſecundum uarias expoſitiones Ho.& Abb.poſt alios ſcriben.in.c.mãdatum,communis opinio eſt Io.de lig. But.& Cal.quos refert Abb.in.d.c.col.fi.quod ſecundæ litere ibi non peccent in ſurreptione nec ſunt ipſo iure nullæ ſed quod uterq; tam primus ꝗ ſecundus excludatur uia exceptionis non uia nullitatis ut tenet Abb.in d.c.& ſequitur Fely.in.c.capitulum col.iii.in uerbo litere eo.tit.& Imo.in.d.c.mandatum col.ii.uolens quod ualeat ſecunda gratia conditionaliter tamen quamuis referat quod Io.an.in.d.c.pe.ac.But.in.d.c.capitulum diſtinguendo uideantur cõcordare opiniones & ſic hęc pars ꝙ non ipſo iure,ſed ope exceptionis eſt communis & ex quo proxima deciſio ut expectatiua gratia intelligatur diſtributiue non collectiue fundatur in ratione.d.c.mandatum ſequitur uera concluſio ut accipiatur diſtributiue effectualiter ſi excipiatur alias collectiue ſi ordinarius in fructu ꝓuiſionis grauamen patiatur quod grauamen conſiderat Abb.in.d.c.mandatum in prin.& ita iudicaui.

Tertie deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Acceptatio beneficiorum in genere quæ fit per præſentes in curia poteſt etiam fieri per procuratorem uel ſic quod permittitur curialibus ut in curia acceptent in genere & poſtea declarẽt in ſpecie cenſetur permiſſum etiam per procuratorem.

Epithome.

1 Prçſentes in curia expectatiuaꝝ uigore poſſunt acceptare beneficia uacantia extra curiam in genere & habita

bita notitia uacationis declarare in ſpecie.

2 Expectans habens terminum menſis licet ante uacationem acceptare non poſſit tamen ſi habet ſine tempore poteſt acceptare in genere primum quod uacabit.

3 Expectans habens beneficium accceptandi infra certum terminum poteſt dimittere primum & accepture ſecundum uel aliud quodcunque etiam ſine cauſa ſecus ſi terminus non eſt appoſitus.

4 Præſentes in curia ſicut per ſe in genere acceptare poſſunt ita per procuratores & nu.7.

5 Stilus ad hoc ut inducatur quæ requirantur.

6 Acceptatio beneficiorum per procuratores fieri poteſt & an requirat mādatum ſpeciale uel generale ſufficiat.

Tertia Deciſio.

1 Solent præſentes † in curia uigore expectatiuarum & reſeruationū cum beneficio acceptandi acceptare in genere in eadem beneficia uacantia extra eam & habita uera notitia uacationis declarant in ſpecie & datur eis a notario inſtrumentum acceptationis & prouiſionis quando eſt cum prouiſione de tali beneficio uacan. per obitum.N.quam prærogatiuam non habent abſentes a curia licet ubique poſſint acceptare in ſpecie niſi impetrent beneficium præſentialitatis prout aliqui faciunt
2 ad hunc &alios effectus & quia expectatiue † & reſeruationes huiuſmodi habent terminum menſis a die notitie iuxta formam cle.unice.§.ſecus de conceſ.præben. talis acceptatio fieri non poteſt ante uacationem alias habens acceptandi facultatem ſine tempore poteſt anteque uacet acceptare primum in genere quod uacabit & ex cauſa ſecundum aut tertium.c.i.&.c.ne acceptande eod. titu.in.vi.glo.in.d.§.ſecus in uebo notitia & ibi Car.q.x. Ioan.and.& Phil.Franch.in.d.c.ut Rot.eo.ti.in no.xiiii.
3 Et quando eſt certus † terminus acceptandi poteſt dimitti primum & ſecundum beneficium etiam ſine cauſa &

acceptare quodcunq; infra terminum ſecus in habente beneficium acceptandi abſq; termino qui ſine cauſa non poteſt dimittere primum ut in.d.iuribus & Io.and.in.c. executor eo.tit.& lib.ac Phil.Franch.in.d.c.ne captan- de & ibi per glo.& doct.de materia acceptationis in ge- nere & nõ obſtante quod aliqui in curia præſentes etiam obtineant quod p procuratores acceptare poſſint meo tempore fuit tentum & nouisſime de mẽſe Aprilis.1522. In una coram domino Iacobo ſymonetta firmatũ a ma iori parte dominorum talem gratiam non eſſe neceſſa- riam ſed ad cautelam impetrari.l.teſtamentum.C.de teſt. quanuis aliqui domini propter ſtilum dubitarent ſed ut
5 dicebam † non probatur ita inductus neq; conſtabat ſe- cundum eum pronunciatum de quo nõ eſt arguendum niſi aliquando deſuper ſit iudicatum uel per frequentes actus extra iudiciales ex quibus id colligitur ex quo non ita Innoteſcunt ſicut iudiciales ad ea quæ Bart.tradit de conſuetudine in repetitione.l.de quibus uer.ii.uideamus ii.q.principali colum.vii.&.iiii.q.principali.xi.&.xii.ff. de legi.& in repetitione.l.ii.colum.xi.C.quæ ſit loci con ſuetu.quod non colligitur ſi aliqui per ſe tantum acce- ptent & quidam ut per alium poſſint impetrent cum plu res in iure periti & alii in arduis curie negociis occupati nunc per ſe quandoque per procuratorem iuxta poſſibi litatem ac commoditatem & aliqui ſemper per alios ac-
6 ceptent ex eo quod de iure acceptatio † per procurato- rem fieri poteſt ſicut electio ſecundum Archi.& Phil. Franch.in.d.c.ne captande & eſt glo.in.d.cle.ſuper uerbo præſenti requirens tamen ſpeciale mandatum etiã ſi ſufficiat generale ad acceptandum & impetrandum beneficia cum ſatis dicatur ſpeciale ad beneficia ſecundũ docto.in.c.accedens de præbend.lap.& domi.in.c.ſi ti- bi abſenti & ibi.Phil.Franch.colum.iii.eo.ti.in.vi.de ele- ctione uideatur textus in.d.c.quiſquis.§.illud de elect.& in.c.pe.eod.titu.in.vi.& quoniam de iure ita eſt ex præ-
7 dictis & regulariter quod poteſt † quis per ſe & per aliũ

c.poteſt de reg.iur.eod.lib.& qui facit per alium uidetur facere per ſeipſum.l.i.§.deieciſſe.ff.de vi.& vi.ar.ſaltem iuris præſumptione inquit Bar.in.l.ſi is qui pro emptore in prin.colum.xxiiii.ff.de uſuca.ad hoc ut excluderetur in propoſito ꝓcurator neceſſe eſſet ut ad prętenſam con ſuetudinem acceptandi per ſe tantum concurrerent mul ta quæ requiruntur ut iure communi præiudicetur de q- bus per glo.ſi.& doct.in.c.ſi.de conſue.quæ re uera non probantur.Neque urget ratio quod ſi præſentibus indul getur quod per ſe ſolum posſint, quin potius ſuadet ꝙ posſint etiam per alios ut Cardinales & iudices pluri- bus tribunalibus prępoſiti.& ſimiles qui per ſe iſtud cum honore & abſq; eo quod auocentur a publicis negociis ſeu aliis urgentibus occupationibus nequeunt unde con uenit ut per procuratores posſint dicit tex.in.l.i.in.fin.ff. de procur.& quia ſumus in permisſis ergo per ſe &alios ut etiam ſi eſſemus in dubio permiſſo iuri communi ſit conformis.l.heredes mei.§.cum ita & ibi doct.inferētes ad plura.ff.ad trebelli.facit quia caſus omiſſus &c.l.ſi cū dotem ſolu.mat.&.l.commodisſime.ff.de lib.& poſth. Item ſecundum regulam quod in permisſis affirmatiue ut hic omnia cenſentur conceſſa & per omnes per quos alias actus explicari poterat ſi non conſtet in aliquibus ca ſibus aut perſonis inhibitum.l.multum.§.i.de procur.l. nec non.§.quod ex eis exqui.cau.ma.l.i.ff.de teſti.c.cum apud de ſpon.& mat.& glo.in.c.inter corporalia.in uer- bo non inuenitur de trāsl.Epi.neq; ob.quod hoc uidea- tur uelle perſonalis indulgentia quæ non debent perſo- nam egredi.l.quia tale.ff.ſolu.mat.§.ſed & quod princi- pi,uer.plane inſti.de iur.na.genti.& ci. quia ſi uis bapti- zare perſonaliter accipias hoc eſt permiſſum perſonis duntaxat in curia reſidenibus eo tamen quo iux.mate- riam & iuris diſpoſitionem posſint aliquid non reſtricti- ue quod p ſe maxime qa ſi a iure non eſſet p aliū conceſ- ſum magis eſſet ampliāda indulgētia principis eiuſmodi beneficium.l.ſi.ff.de cōſti.prin.&.c.cum dilecti.de dona.

cum ſi.alias ſi per ſe tantum poſſet in reſidentium damnũ redundare & eſſet eluſoria permiſſio ut patet ex adductis cum debeat prouidere omnibus & commode & eſſe generalis.l.ſi prætor.ff.de iudi.l.quod fauore.C.de legi.l. nepos proculo.ff.de uerb.ſigni.&.c.erit autem iiii.di.

Quartæ deciſ.de conceſſ.præben. Summarium.

Licet motus proprius in reſeruatione generali. Item in ſpeciali impediat facultatem optandi ex ſtatuto uel cõſuetudine inducta ſecundum communem opinionẽ docto.tamen hoc non procedit in expectatiua proprio motu conceſſa propter regulam cancellarie uolentem ꝙ nõ ſuffragetur niſi ad tollendam ſurreptionem.

Epithome.

1 Optandi conſuetudo uel ſtatutum ceſſat in reſeruatione ſpeciali uel generali motu proprio facta in fauorem certe perſonæ,ſecus ſi ad alicuius inſtantiam, & nu.7.
2 Motus proprius in expectatiuis in quo ſuffragetur.
3 Motus proprius cum generali clauſula operatur ꝙ generalis clauſula habet uim ſpecialis.
4 Motus proprius non tollit qualitates intrinſecas nec ledit ius tertii.
5 Expectans non impedit permutare uolentes.
6 Motus proprius ſine clauſula generali ſemota regula an ſufficiat ad impediendam optionem.
8 Dictio maxime de ſui natura quid ſupponat.
9 Optio an tollatur per clauſulas generales non obſtantiarum,uide remisſiue.

Quarta deciſio.

CLauſula motus proprii in reſeruatiõe beneficiorũ ſpeciali facta in fauorem certe pſonæ impedit ſta-

1 tutum & conſuetudinem de optando † ſecus ſi ad peti‐
tionem alicuius quo caſu ſiue Papa conferat ſiue man‐
det conferri locus eſt optioni niſi de conſuetudine uel ſta
tuto fiat expreſſa mentio ſicut etiam de priuilegio fieri
debet tex.eſt in.c.fin.de conſuetu.in.vi.& in.c.ſi propter
tua debita ac.c.quamuis de reſcrip.facit.c.cum in eccle‐
ſia de præben.eod.lib.Ita communiter tenent Domi.&
Phil.Franch.poſt Lap.quem referunt in.d.c.fi.& Car.in
conſi.xvi.circa fi.ex mente Lap.Archi.& Io.an.ut ait &
idem dicunt ut impediat quando fit reſeruatio generalis
non ob fauorem ſingularem alicuius & attenta hac com
muni ſententia maior pars Rote in una cauſa Piſaurien.
Canonicatus & præben.coram domino Martino de ſpi‐
noſa de mēſe Aprilis.1523.uolebat quod optio ceſſaret
contra expectantem apoſtolicum habentem in ſua gratia
expectatiua motum proprium cum habeat etiam uerbū
reſeruamus.Ita quod eſt reſeruatio ſpecialis in fauorem
expectantis & docto.non diſtingunt expectatiuas in hoc
ab aliis gratiis reſeruationum,ſed producta fuit poſtea re
gula Cancellarie de Motu proprio diſponens quod in
2 expectatiuis Motus proprius † non ſuffragetur niſi ad
tollendam ſurreptionem gratiæ duntaxat,& quia fuit da
ta formiter licet diceretur quod non eſſet de dandis con‐
cluſerunt omnes ſecundum eam.dabatur etiam de alia re
gula uolente quod Motus proprius non tolleret optan‐
di facultatem, ſed in ea noluerunt domini ſe fundare di‐
centes quod non eſſet de dandis prout non erat formi‐
ter ex cancellaria data quamuis copia reperiretur regi‐
ſtrata nihilominus,negari non poterat quin declaret mē‐
tem Pape ſicut clauſula non obſtante quæ ponitur in par
te executiua etiam ſi non auget diſpoſitionem,ut in cle.
i.in fi.de præben.declarat tamen intentionem circa con‐
ceſſa inquit Bal.in.l.eam quam col.viii.C.de fideicom.
& aliquid debet operari ne fruſtra dicatur membranas
occupare cum inſpecta eius continentia non ſeruiat ex‐
peditioni literarum nec uideatur edita propter ſolos do‐

minos abbreuiatores.l.ſi quando.ff.de lega.i.c.ſi Papa de priuileg.in.vi.l.iiii.ff. de uſur.c.ſollicite circa fin.iuncta glo.in uerbo tanquam de maio.& obedi.cum nec debeat uerbum eſſe ſuperfluum nec quidem ſillaba ſecundũ Bal.in rub.C.de cont.empti.q.ix.& in.l.i.poſt glo.ꝙ me.cau.Ideo mirabar quod dicebatur non eſſe de dandis & quare cancellaria eam non dabat contra concluſionem proponebatur aliquando fuiſſe iudicatum pro expectantibus cõtra optantes.Sed nimirum quoniã nõ dabatur de regula de qua hic erat datũ & alias regulæ non neceſsitant,& inde eſt ꝙ nunc uno nunc alio modo iudicatur ut proſequor in alia deciſione incipiente maiores Domi.tamen omiſſa mentione regulæ quam tunc non uidebat in conſi.ciiii.tenet de iure communi per clauſulã Motus proprii in expectatiua appoſitam non tolli optionem per plura fundamenta, & ad Lap.quem alii ut ſupra referunt & ſequuntur. Reſpondet ꝙ loquitur quando Papa confert uel conferri mandat certam præbendã &,apponit Motum proprium cum clauſula generali nõ obſtan.&c. requirit ergo tria quod gratia ſit de certo corpore & Motu proprio ac habens dictam clauſulam expectatiua autem deeſt de incerto corpore per acceptationem certificando & aſsignat rationem differentie inter gratiam de certo & ad incertum & reſpondet ad contraria quæ hic omitto quia ibi uideri poſſunt,& opinio Domi. placebat domino ſibinicen. & mihi & reperio pro ea Mil.in repertorio, in uerbo motus proprius ubi refert ſecundum Lap.in.d.c.quanuis & in aliis locis ꝙ
3 Motus proprius † cũ clauſula generali operatur quod generalis clauſula habet uim ſpecialis derogatorie quodq; contrarium tenet Ioan.de lig.& Ioan.de ſantu.ut refert Domi.in.d.c.quanuis ex quo Motus proprius non ampliat in præiudiciũ iuris tertio quæſiti & ꝙ Io. de Imo. ſequitur Lap.quando in clauſula dicitur non obſtan.aliquibus per quę gratia poſſet impediri uel differri ad hoc ut clauſula aliquid operetur ſubiungit Mil.ꝙ talis diſtin

ctio non procederet in expectatiuis uel aliis ſuper incer-
to beneficio conceſſis bene ſi ſuper certo idem uidetur
uoluiſſe deciſ.v.in no.de conſue.reſpectu clauſulæ gene-
ralis dum in ſummario dicit de certa prębenda & in cor
pore de maiori præbenda.Item facit deciſio.vi.de præ-
4 ben.in no.uolens quod Motus proprius † nõ tollat qua
litates intrinſecas nec ampliat gratiam neque habilitat
nec ledat ius tertii præbenda autem pinguior erat debi-
ta antiquiori qui abſque nouo titu.uirtute antiqui ſolum
aſcendit & permutat præbendam.c.fin.& ibi. Io.an.An-
cha.& alii,& Car.conſi.cxxvi.unde uidetur ſibi ius quæ-
ſitum, & per reſcriptum non intendit Papa tollere ius
alteri debilum,ut in.d.c.quanuis &.c.ſi propter tua de-
bita nec facultatem optandi,ut in.d.c.fin.quod in expe-
ctatiua loquitur indiſtincte quia ut uidemus concipitur
motu proprio neq; diſtinguitur per alia iura facit & alia
deciſio Rote.lxx.de reſcrip.in anti.dicens ꝙ Motus ꝓ-
prius non tollit ius tertii & loquitur in iure patronatus de
bito layco qui caſus licet habeat rationem ne layci retra-
hantur a benefaciendo eccleſiis ſecundum glo.& doct.in
c.nobis & in.c.cum dilectus de iure patro. etiam ſtatutũ
ſeu conſuetudo de optando habent ſuam rationem ſin-
gularem & uerum eſt dicere debitam eſſe prębendam ſi-
cut ius præſentandi & patronatum accedit,& deciſio.ix.
de conſue.in anti.uolens quod expectatiuus uel apoſto-
licus impetrans primo debet eſſe in inferiori gradu po-
ſtea aſcendere ſecundum ordinem ſuum & alios gradus
ſuis loco & tempore iuxta ſtatuta & conſuetudines ec-
cleſiæ facit etiam deciſio.alia quam annotaui cum mul-
tis motiuis quæ pro ea adducti incipiens fuit poſt binam
diſputationem & in ſimili Alex.de antilla quem Domi.
5 adducit in.d.conſil.uoluit quod expectatiuus † habens
Motum proprium non impediat permutare uolentes &
ponderetur ratio differentiæ de certo corpore beneficii
ad incertum quam ponit Domi.in.d.conſil.tenendo ta-
men communem ſeu communiorẽ opinionẽ ſemcta re

6 gula † nihil fuit dictum an ſufficiat clauſula motus proprii ad impediendam optionem ſine clauſula generali prædicta & ex præmiſſis patet Lap.& Ioan.de Imo.uelle quod non,prout Domi.in allegato conſilio,& Mil.in loco ubi ſupra referunt & intelligunt eorum dicta & Car. hoc firmat clarius in.d.conſi.xvi.Idē uidetur ſentire Domi.ex mente Lap.in.c.i.col.iiii.de fil.presbyt.in.vi. quantuncunq; dicat referendo Lap.quod ſi Papa ſcribat motu proprio maxime ſaltem cum clauſula generali nō obſtan.talis clauſula iuſtificat formam literarum ac perſonam non ſic quando abſq; ea ſcribit etiam motu proprio
7 ratio diuerſitatis eſt quando † ſcribitur ad alterius petitionem habetur reſpectus ad impetrantem atque ad eius ambitionem & ad finem ad quem ponitur clauſula non obſtan.reſtringendo & eam non ampliando,ut in.d.cle. i.in fi.de præben.& in.c.ſi motu proprio cum ſequ.eod. tit.in.vi.quando uero motu proprio non habetur reſpectus ad prædicta,ſed ad ſcribentem qui legibus non arctatur,unde ſſufficit quod eius intentio quomodocunq; deprehendatur quæ ſatis patet quando motu proprio ſcribit per clauſulam ipſam non obſtan.&c.itaq; conſtat ex dicto & ratione utrunque requiri quod non requiretur ſi teneremus dictum eiuſdem Domi.& Phil.Franch. in allegato.c.ſi.dum firmant quod motus proprius impedit optionem ſubiicientes maxime cum clauſula genera-
8 li non obſtan.cum natura † dictionis maxima & præſertim ſi proprie ſumatur ſit ſupponere ueritatem caſus præcedentis etiam in caſu contrario,ut in.c. auditis de elec. & in.c.quoniam frequenter.§.porro,& ubiq; glo.ut lite non conteſt.& Abb.in.c.directe.de app.uerum quia di-
9 cta clauſula non obſtan.† conſuetudinibus &c.& non obſtan.quibuſcunq; per quæ gratia poſſet tolli quomodolibet uel differri ſolet poni in expectatiuis & quibuſdam aliis gratiis,ideo an per ſe abſq; clauſula motus proprii impediat optionem & alias de eius natura & quid ac in quibus operetur uideantur docto.in.d.c.fin.& Domi.in

d.c.ſi propter tua debita colum.v.cum ſeq.& in conſil. xxxix.ac Phil.Franch.in.d.c.ſi propter col.ulti.& Rota deciſ.i.in not.de præben.& in.d.deciſ.v.de conſue.& vi. de conſti.in antiq.ac.ii.de conſue.in antiq.& in.d. deciſ. ix.& Mil.in repertorio in uerbo clauſula generalis non obſtan.ac Fely.in.c.nonnulli colum.xiii.cum ſe.ubi late de reſcrip.

Quintæ deciſ.de conceſ.præben.Summarium

Decretum expectatiue ligat nuncium habentem a papa facultatem conferendi uſq; ad certum numerum beneficiorum cum clauſula non obſtan.reſeruationibus generalibus uel ſpecialibus pro tempore factis uel fiendis.

Epithome.

1 Decretum cum appoſitione menſis ita ligat ne dum ordinarios uerum etiam nuntios etiam ſi expectans non acceptet, ut infra menſem facta prouiſio non ualeat.

2 Prouiſio pape an præueniendo expectantes ualeat.

3 Legati de latere poteſtas non extenditur ad reſeruata.

Quinta deciſio.

NVntius apoſtolice ſedis in hiſpania Archiepiſcopus Caſentinus habebat poteſtatem conferendi. xxiiii. beneficia etiam generaliter reſeruata non obſtan.reſeruationibus generalibus uel ſpecialibus pro tempore factis uel fiendis contulit beneficium uacans in menſe expectantium fuit dubitatū an ualeret prouiſio & tandem a maiori parte dominorum tentum una pacen. parrochialis de Bodonal.1520.coram domino Paulo
1 de capiſuchis quod non ga ſicut decretū †expectatiue ligat ordinarios etiā ſi expectans nō acceptet, ut infra mēſem non ualeat prouiſio facta nec reuiuiſcat lapſo menſe

cle.unica.§.ſecus de conceſſ.præben.& Fely.poſt alios in.c.cum ex officii de præſcrip.ulti.char.Et hanc partem obſeruat palatium.Ita ligat nuntios quinimmo Papam ſecundum Abba.Lap.& Domi.in.c.pen.de præben.in vi.pro deciſ.fuere ponderata uerba decreti ibi ſi ſecus a quoquam quauis auctoritate contigerit attemptari & ſic tam apoſtolica q̃ ordinaria non obſtan.ꝙ clauſula inhibitionis in expectatiuis ſolum inhibet ordinariis nõ aliis auctoritate apoſtolica & ſic non nuntio.c.hii qui eod.tit.& lib.Et cum ueniat decretum acceſſoriæ ad gratiam non debet operari,pluſquam gratia & clauſulæ ſuſpenſiue & inhibitorie in ea appoſite.l.non dubium.C.de lega.c.inter dilectos in fin.de fide inſtru.regula acceſſorium de regu.iur.&.c.ſi ſuper gratia de offi.delega.in.vi. Item una clauſula declarat aliam.l.ſi ſeruus plurium in fin.ff.de lega.i.Ita quod inſpecta uirtute inhibitionis non uidetur fieri ſecus & ex hiis dubitaui quia fuit reſponſum quod non reſtringebatur propterea uis decreti ut ſupra cum etiam Papam contineat,nec refragatur quod maior poteſtas remanſit Pape.c.dudum de præbẽ.in.vi. Quia ue-
2 rum eſt Papam poſſe † præuenire expectantem & ualet prouiſio cum mentione decreti habens clauſulas ꝑ quas in tali beneficio præiudicetur expectãtibus,& ad alia ius eis præſeruetur,tunc enim tollitur hoc dubium ſecũdum Ioan.and.Phil.Franch.& alios in.c.ſi poſtq̃ eo.tit.& lib. Car.cõſi.lxi.& habetur deciſione.xvi.Item licet de morte eo.ti.in no.Vbi ante prouiſionem & poſt acceptationem expectan.Papa ualide prouidet in quo caſu prouiſio nuntii deficeret ex quo non poteſt apponere clauſulas prædictas ſicut Papa facit Rot.eo.tit.in no.xxviii. lo-
3 quens denuntio quod poteſtas † legati de latere & executorum ac nuntii non extenditur ad beneficia reſeruata ad idem Rot.ulti.de offi.lega.in antiq.& etiam prima uolens quod legatus habens facultatem conferendi beneficia certo modo reſeruata non poteſt reſeruata alio modo q̃ expreſſo conferre ad illud de generalibus uel

ſpecialibus reſeruationibus quaſi per ſpeciales fuerit de expectatiuis cogitatum dicebatur quod eſt in parte executiua quæ non ampliat diſpoſitionem, ut in.d.cle.unica uel quod gratia erat per uerba factum uel fiendũ qua ſi loquatur de inductis per literas aut extrauagan.nõ per literas reſeruationum aut expectatiuarum cum conceduntur & ſit de more Pape in illis loqui per uerbum factis uel fiendis in iſtis uero per uerbum conceſſis uel cõcedendis arg.l.uel uniuerſorum.ff.de pigno.acti.

Sextæ deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Expectans habens ueram datam præfertur habenti fictam uel ſic ſi concurrant ſuper eodem beneficio habens expectatiuam ſub data conceſſionis gratiarum cum habente poſtea clauſula adiecta quod perinde ualeat ac ſi ſub data conceſſionis &c.præfertur qui uere prius gratiã obtinuit uel ſaltem gratificationem meretur.

Epithome.

1 Expectans habens ueram datam concurrens cum habenti fictam gratificationem meretur.

2 Fictio & ueritas ſi concurrit in eodem ſubiecto quæ præferatur uide remiſſiue.

Sexta Deciſio.

1 IMpetrauerat unus † gratiam expectatiuam in prima expeditione gratiarum ſub datum kalẽ. Martii alius uero obtinuit poſtea cum clauſula quod pinde ualeret ac ſi ſub prima data & primis proceſſibus conceſſa fuiſſet concurrebant ſuper eodem beneficio & alias erãt per omnia pares fuit concluſum præferri debere eum q̃ habebat ueram datam ex quo concurrit circa idem cum habente fictam.l.filio quem pater.ff.de libe.& poſth.

ad idem Bar.in.l.i.§.hoc autem ſenatus.ff.ad ſille.in primo membro quando fictio & ueritas cócurrūt circa idē ſubiectum uel eandem rem prout in terminis circa idem beneficium.Pręterea ultra prædicta dixi ſi res eſſet dubia uel locus gratificationi gratificandum eſſet illi qui innititur ueritati facit.viii.di.ueritate cum ibi not.etiam ex eo quod ſecundum ueritatem eſt prior in tempore ergo in iure potior.l.prior.&.l.aſſiduus.C.qui poti.in pign.habe.& in regula qui prior de regu.iur.in.vi.& ex eo ꝙ fuit in obtinenda gratia diligentior cum iura magis faueant uigilantibus ꝙ̄ tarde uenientibus.l.pupillus in fi.ff. quæ in frau.cre.l.ut perfectius.C.de anna.except.facit.c. dilecto in fi.de uerb.ſigni.&.c.pen.de conſue.& ita fuit iudicatum.

Septime deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Expreſſio doctoratus in expectatiua eius qui erat ſolum Bacchalarius uel licentiatus non uitiat ſi ex tali expreſſione ad plura beneficia aut maiorem taxam gratia conceſſa non fuit.

Epithome.

1 Gratia illius qui nominauit ſe doctorē Probando ſe Bacchalarium an & quando ſurrepticia reputetur.

Septima Deciſio.

ITem eodem tempore in una hyſpalen.cano.& præben.coram me tentum eſt non uitiari gratiam expectatiuam eius qui in ea dicebatur in iure canonico do
1 ctor & ſolum † probabat ſe Bacchalarium ꝑ aliquos teſtes & ꝑ quoſdam licentiatum niſi ex inueterato ſtilo aut regula concederetur expectatiua doctori ad plura beneficia & collationes ſeu ad maiorē taxā ꝙ̄ licentiato & Bac

chalario & utrunq; uel alterum eſſet conceſſum nam tūc non eſſet excuſatio alias ſemotis regula & ſtilo & non conceſſo doctori niſi quod conceſſum fuiſſet licentiato aut Bacchalario ceſſat dolus & Papa non fuiſſet difficilior,& ſeruiunt fundamenta proxime deciſionis ideo uideatur regula de taxis in beneficiis & ſi erit alia reſpectu pluritatis beneficiorum aut collationum magis uni q̃ alteri ac tenor expectatiue & ponderentur quæ dicit Egid. deciſione.ccccclxi.in eo qui in permutatione dixerat ſe doctorem ac familiarem &c.& aduerte quod ſi daretur concurrentia in alia regula,quod doctor præferatur Bacchalario & magis graduatus minus graduato & ſi ex hoc colligeretur dolus deſtrueretur hæc concluſio cum ſuperiori quando eſſet aliqua conſtitutio quæ familiares ſcriptorum de quibus in proxima præferret aliis uerum eſt poſſe conſiderari quod non prodeſt niſi ꝓbaretur q; eſt expreſſum per exprimentem ad doctrinam Io.an.in c.i.de lit.conteſta.in.vi.& ſic nemini expresſio etiam ſi fuiſſet malitioſa noceret.

Octauæ deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Gratia in forma pauperum dato quod apprehendat canonicatum & præben.in eccleſia collegiata non tamē cum prærogatiua regulæ priuilegiantis pauperes uel ſic regula concedens prærogatiuas habentibus literas in forma pauperum non habet locum in canoni.& præbend. eccleſiæ collegiate.

Epithome.

1 Gratia in forma pauperum an capiat canonicatum & prębendam in collegiata cum prærogatiua regulæ.

2 Gratia in forma pauperꝝ potius iuſtitie q̃ gratiæ innititur.

3 Regula excipiens canonicatus & præbēde interpretatur de exiſtentibus in cathedrali ſi pro pauperibus ſecus

in aliis gratioſis & nu.5.

4 Expectatiue in forma pauperum iuxta formam a Marti-
no.v.traditam hodie conceduntur.

6 Vnio facta ex falſa cauſa eſt nulla ipſo iure.

7 Exempla Pape non inferiorum arctant.

8 Extrauagantes & regulæ cancellarie ante illarum produ
ctionem non conſiderantur.

9 Gratia ad beneficia uacatura non includit beneficia in ca-
thedralibus exiſtentia niſi id exprimat.

10 Gratia conceſſa in communi forma paupeꝝ an ſit equa-
lis cum illa quæ conceditur pauperi graduato.

Octaua Deciſio.

DIcebant maiores in una cauſa.1520.fuiſſe ab anti
quioribus a multis annis citra iudicatũ in Rota
1 ꝙ littere ad beneficia in forma ſecundũ q̃ † pro
pauperibus clericis ſcribi conſueuit capiebãt can.& præ
ben.eccleſiæ collegiate de quo non eſt dubium ẽt cũ pri
uilegio regulæ dantis prærogatiuas incipientis item idẽ
dominus noſter Papa pauperibus &c.Et de hoc eſt quę
ſtio quia licet ſimpliciter excipiat can.& præben.ac per-
ſonatus & uerba prout ſonant debeant accipi.l.i.§.gene-
raliter de lega.præſtan.l.non aliter.ff.de lega.iii. Nihilo-
minus ex quo innituntur iuſtitie ut non habens benefi-
cium beneficietur ac pauperis neceſſitati ſub ueniatur &
earum forma ſit communis.c.poſtulaſti de reſcrip.c.ac-
cepimus de eta.& quali.c.cum ſecundum apoſtolum de
præbend.quæ ceſſat in habente beneficium cum ius non
prouideat beneficiato.c.quia in tantum eo.ti.c.quia non
nulli de cle.non reſi.c.ſi pauper de præben.in.vi.ubi glo.
2 dicit quod forma † qua mandatur prouideri pauperibus
eſt iuſtitie uel quaſi & continent potius iuſtitiam q̃ gratiã
quæ gratia dicitur fieri iam beneficiato uidentur mereri
benignam ac fauorabilem interpretationem quod ex-
3 ceptio † de cano.& præben.intelligatur in cathedrali tã-

tum pro qua facit quia in dictis excipit dummodo bene ficium cum cura uel ſine cura in cathedrali eccleſia non exiſtat unde igitur regula exceptuando a prærogatiuis ca no.& præben. uidetur ſentire de exiſtentibus in cathe- drali non extra ad hoc ut regula declaretur per literas & econtra.l.non eſt nouum cum duabus ſe.ff.de legi.& ne alias litere uideantur contrarie regulæ uel obſcuri- tatem cum regula inducant contra tex.iiii.di.erit autem .l.unicam.C.de inofficio.doti.c.cum expediat de elect. in.vi.Præmiſſa uero interpretatio non procedit in gra- tioſis ratione odii & ambitionis.d.c.poſtulaſti &.c.quis de præben.in.vi. cum ſi hiis non obſtan.nec ſententiis quæ proponebantur late in una colonien.can.& præbē. eccleſiæ collegiate ad uirgines inter Gofredum uanode ex una & Vvilhelinum ac henricum ex alia poſt plures diſputationes pro Gofredo concluſum fuit non eſſe lo- cum prærogatiuis a ſex ex dominis cum quibus etiā de iure concurrebat pro ſeptimo.D. Martinus ſpinoſa qui tamen propter antiqua iudicia uotauit non eſſe ab anti- quis recedendum cum eo dominus Decanus.d.Bartho lomeus de petra ſancta & dominus Nicolaus de aretio & pro negatiua pronunciauit.xiiii.Iunii.1 5 2 1 .d. Hugo de ſpina cui ego etiam primus reſponſalis, fundamen-
4 tum fuit quod litere † huiuſmodi conceduntur iuxta for mam a Martino.v.datam ut ex omnium talium ſerie cō- ſtat & habetur in alia regula de expeditionibus litera- rum pro pauperibus incipien.imprimis uoluit idem.d. N.quod pro pauperibus &c.forma autem Martini eſt quod nullum beneficium pauperes habere poſſint in cathedrali ergo exceptio quæ ponitur in regula de ca- no.& præben.non poteſt intelligi in ea in qua omnia be neficia ſint a ſimilibus literis præſeruata quin potius ne- ceſſe eſt intelligatur extra cathedralem & iſte eſt uerus ſenſus & proprietas uerborum generalis & abſq; reſtri- ctione ſeu extenſione naturalis qui non debet uiolari cui congruit quod præfata regula prærogatiuarum log-

tur de litteris quæ conceduntur ſecundum formam Mar
ſ tini dum tergo excipit canonicatū & præben.neceſſario ſentit de beneficiis extra non intra cathedralem de quibus Martinus duntaxat edixerat ut exceptio ſit de regula & eius materia ac ſpectantibus ad eam.l. Nam quid li quide.§.fi.de pe.lega.l.i.cum ibi no.ff.de reg.iur.c.in noſtra uer.præterquam de ſepult.c.quoniam de coniug.le pro.xxxii.q.vii.dominus.Non enim uera eſſet exceptio quæ non includeretur ſub præcedentibus glo.iii. in.c. cordi de appella.in.vi.cuius natura eſt firmare regulam in non exceptuatis auct.de non alie.aut per mu.§.ut autē col.i.Abb.in.c.ſuper eo de appel.ii.colum.& quod procedat de corpore prime ue diſpoſitionis ut ſupra ac ponat contrarium eius quod præcedit Bal.in.l.actione.C. de tranſacti.nec ſumus in caſu in quo exceptio non debeat eſſe talis aut ꝙ debeat perdere naturam ſuam ſeu pro deciſione requiratur,ut ampliet cum non dilatet ultra naturam regulæ.l generali.§.uxori.ff. de uſufru.lega. ubi.Bar.& Bal.in.d.l.actione & declaret late Fely.in.c. quoniam frequenter in prin.i.&.ii.col.ut lite non conteſta.ex eo quod Martinus uoluit pauperes uirtute dictarum literarum ſolum poſſe habere beneficia extra cachedralem unde regula prærogatiuans loquitur de talibus,& iſtud extra eſt tentum de materia non aliquid in cathedrali & ſtante prohibitione Martini ad cuius terminos loquitur regula & expediuntur omnes huiuſmodi gratiæ non cadit duditatio quin omnia quæ ſtatuuntur in regula extra cathedralem duntaxat accipiantur ſi quidem Papa uoluiſſet priuilegiare in omni beneficio comprehenſo ſub literis nihil excepiſſet per regulam & ſi uoluiſſet quod in cathedrali admitterentur dixiſſet in regula aut alibi poſtq̄ Martini forma ꝓhibebat.l.unica.§.ſin autē ad deficientis.C.de cadu.tollen.c.ad audientiam de deci.nec poteſt fieri extenſio quin deberet niſi in caſibus & ad beneficia in quibus litere poſſunt ſortiri effectum quinimmo eſſet contra expreſſam prohibitionem Martini

tini quod in cathedrali.l.ſi quis nec cauſam ſi cert.peta. .l.in agris.ff.de acqui.rer.do.Et pro ratione dictæ exceptionis quidam adducebant glo.in.c.ſtatutum in princi. in uerbo ſe.ap.& in uerbo committãtur de reſcrip.in.vi. Vbi de rudi & pãnoſo clerico quaſi ad id reſpexerit regula in excipiendo ꝙ ita deiecti non uincant honorabiliores clericos in collegiatis quodq indecorum eſſet hoc in quibus & ſi canonicatus & præbende non decorent obtinentes ea prout in cathedralibus,ut in.d.c.& glo.tamen ſunt beneficia honorabliora aliis quanuis canonicatus etiam cathedralis eccleſiæ ſit ſimplex beneficium, ſed honorabilibus aliis ſimplicibus,ut in.d.c.ſtatutũ & Abb. in.c.extirpande.§.qui uero in repetitione.ii.col.de præben.Omitto an hæc ratio concludat ex quo aliis ſtat firma deciſio,quam etiã D.Abbreuiatores de maiori præſidentia tenuerunt reſpondendo conſultationi Rote & ſignatura etiam gratiæ ſæpius in ea poſita materia in qua D.referendarii ita ſentiebant & Reueren.domini Cardinales anchonitanus ſanctorum quatuor & Campeius ſolo domino Iacobatio dubitante propter iudicia contraria ſuo tempore in palatio facta nõ tamen mirandum nec nouum quod diuerſimode ex diuerſitate temporum & perſonaꝵ iudicetur cum tot ſint capita quot ſententiæ & cuiq; ſua intelligentia ac uelle inquit Perſius ſatira quinta quilibet enim abundat ſuo ſenſu ſic prouincia quælibet & uarie ſunt hominum uoluntates.c.certificari de ſepultu.l.quia poterat.ff.ad trebelli.c.ſuper literis & ibi glo.in uerbo diuerſos de reſcrip.c.quia diuerſitatem de conce. præben.diuerſe nanq; ſunt diuerſorum ſentẽtiæ.l.diui.ff. de iure patro.c.literas uer.ſane de reſti.ſpolia.& in arg.c. non debet de conſang.& affi.c.fi.in fi.de tranſac.xxix.di.
6 c.fin.& prout dicit Mil.in uerbo unio † facta ex falſa cauſa noui auditores tunc tenuerunt eam eſſe nullam ipſo iure cuius contrarium tenuerant antiquiores ſtilus ẽt curie uarietatem recipit ut Lap.allegat.lii. Et pape exem
7 pla † arctant non inferiorum ex quo legibus eſt iudi

candum.l.nemo.C.de ſenten.c.in cauſis de re iudi.fuit etiam pro iudicio utriuſq3 temporis uaria ubiq3 dictum quod de prohemio ubi eſt forma Martini forſan in regi⸗ ſtris antiquis non fuit datum ꝙ in dicta cauſa colonien. do.Thomas Regis ſua diligentia curauit produci cum
8 prædictis regulis,extrauagantes † autem & regulas iudi⸗ ces non conſiderant niſi producantur Bar.in.l.cum pro latis.ff.de iudi.c.paſtoralis & ibi Car.de fide inſtru. Fe⸗ ly.poſt alios in.c.i.vii.col.cum ſe.de re iudi.ſed in hoc non figo pedes cum a facto dependeat.Item ex eo ꝙ ſi litere in earum ſerie uel proceſſu haberent iam dictam ex ceptionem dummodo non in eccleſia cathedrali iudex abſq3 prohemio Martini uidebat excluſionem in eccle⸗ ſia ipſa quam tenetur animaduertere etiam parte non op ponente ex quo apparet ex facie gratiæ.l.lecta uer. dice⸗ bam & ibi Bar.v.col.ſi cer.peta.in.l.naturaliter.§. nihil commune in.ii.q.principa.iiii.col.in.l.eum qui.§.qui ita de uerb.obli.& in.l.ſi ita ſcriptum.ff.de lega.i.& quod Phil.Franch.in.c.non ſolum.i.col.de appella.in.vi. facit c.examinata de iudi.c.pia in fi.de excep.in.vi.& bonum decet iudicem cuncta rimari.c.cum Ioannes de fide in⸗ ſtru.neq3 enim eſt ueriſimile eiuſmodi formã fuiſſe igno⸗ ratam ex eo ꝙ ſecundum eius tenorem & non aliter om nes litere pro pauperibus ab inde citra fuerunt expedite & hactenus expediuntur ſuper quo facta fuit inquiſitio & uiſe plures gratiæ igitur in curia nota eſt forma non indi⸗ gens productione uel de extrauaganti nota ad hoc plu⸗ ra cumulat Fely.in.d.c.i.vii.colum.facit etiam pro Mar⸗ tini prohibitione & ad deciſionem quod in impetratio⸗
9 ne beneficioꝵ uacaturoꝵ † non ueniunt beneficia eccle⸗ ſiæ cathedralis niſi exprimantur ob ipſius excellentiã.d. c.q̃uis & Fely.plura adducens in.c.in noſtra xxxix.cor⸗ re.de reſcrip.& eſt glo.in.d.c.q̃uis in uerbo extẽdi, & ibi Arch.Ioan.an.& Domi.dicunt ita fuiſſe pronunciatum in forma pauperum,idem ait Phil.Franch.dicens quod nedum in gratioſis uerum etiam in literis pauperum non

uenit eccleſia cathedralis nec poteſtas prouidendi de be-
neficio in ipſa eccleſia etiã ſi ſit manſionaria uel capel.
quæ pro deciſione conferunt pro qua etiam Rota.i.de
offi.archipresbyteri in antiq.dicens ꝙ in gratia communi
realiter ſolum excipitur cathedralis eccleſia & diſponit
ꝙ archipresbyteratus non cadit in gratia pauperꝵ & no-
10 tandum quod duplex † eſt forma pauperum communis
de qua dictæ regulæ & ſpecialis de qua alia regula inci-
piens.Item quod iidem pauperes clerici ſi graduati ſint
posſint habere duas gratias in forma gratiæ ſpecialis ua-
lere & aliis beneficioꝵ qualitatib.nõ mutatis & de utraqꝫ
& quod alias ſint pares dicunt deciſiones.xli.de conceſ.
præben.in antiq.&.xiii.de reſcrip.in no.ac Mil.in reper-
torio in uerbo gratia in communi forma pauperum &c.

None deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

Per primam prouiſionem executorum uel ſub executorum uigore expectatiue factam expirat poteſtas eiuſdem.Ita quod non poteſt multiplicare prouiſionem uel ſic prouiſus ab executore expectatiue bis de eodem beneficio diuerſis temporibus non poteſt uti cum effectu ſecunda prouiſione ſi prima fuerit ualida,ideo nõ poteſt ualide publicari ſecunda acceptatio cuius uigore fuit ei ſecundo prouiſum uel ſic prima acceptatio bona quam ſequitur prouiſio ſub executoris ualida debet publicari, ut ſatisfaciat regulę non ſecunda licet idem ſubexecutor ſecundo prouideat.

Epithome.

1 Acceptans ſi obtinuit bis ſi prouideri de eodem beneficio diuerſis temporibus trimeſtre datum ad publicandũ currit a die primæ nõ ſecundę prouiſionis,& nu.4.
2 Titulus beneficialis quando posſit multiplicari.
3 Facultas nominandi expirat facta prima nominatione.

5 Acceptatio in genere ſemel ad ſpeciem redacta excludit ꝙ aliam ualide facere non poſſit.

Nona deciſio.

ACceptauerat Io.haberrian.& obtinuerat ſibi prouideri bis per notarium archiuii de eodem beneficio infra menſem uigore gratiæ expectatiue & publicauerat ſemel tantũ quæ publicatio inſpecta prima acceptatione cum prouiſione erat extra trimeſtre datum
1 ad publicandum inſpecta uero ſecunda acceptatione † & prouiſione erat in tempore fuit dubitatum corã domino Paulo de capiſuchis de menſe Ianuarii.1521.an potuerit uti ſecunda acceptatione cum prouiſione, ita ꝙ ſatis fecerit regulæ de publicanda acceptatione,& pro affirmatiua in duabus audientiis tres domini allegabant.c. poſt electionem de conceſ.præben.iunc.c.ut quis duas de elect.in.vi.cum materia ꝙ titulus poteſt multiplicari. & ꝑ Fely.c.in noſtra uer.titulus multiplicatur de reſcrip. & ad notata ꝑ docto.in.c.cum in multis de reſcrip.in.vi. & Ro.in no.de conce.præbẽ.xiii.ꝙ per acceptationem & prouiſionem ſit gratia conſumpta reſpondebant intelligi & procedere quo ad alia beneficia ne acceptari poſſint,ſed ſuper eodem non reperiri prohibitum multiplicari ti.etiam ab eodem prouiſore pro conſeruando iure ut ſupra,& Cal.conſi.vii.de elec.ubi id dicit permiſſum etiam in actore quando agit ad præſeruandum ius quæſitum Lap.allegat.ulti.Fely.in.d.c.in noſtra,& facit.l.fi.cũ ibi no.C.de eden.ꝙ habetur quis loco rei quando agit ad conſeruandam uel adiuuandam intentionem,ita in curia in dies acceptationes fiunt cum prouiſionibus etiam in genere & ſatis eſt quod infra menſem fiant & uidemus quod acceptans eligit primam ſecundam uel tertiam in tempore factam nemini ergo iſta facultas uenit auferenda regula indultum de regu.iur.in.vi.facit etiam ꝑ Lud. Ro.ſcribit cõſi.ccccxxxiii.ſed maior pars cõtra & quod

non erat ſatisfactum regulę neq; ſecunda acceptatio po-
terat publicari ualide,& hoc mihi placuit data prima ac-
ceptatione cum prouiſione bona nam executores & ſub
executores qui prouident dicuntur delegati & ſub dele-
gati qui conferendo ſaltim ualide ſunt functi officio ſuo
.l.ſi ut proponis.C.quo.& quando iudi.l.iudex poſtea q̃
.ff.de re iudi.c.in literis de offi.deleg.& in materia quan-
do ualide uel inualide uideantur Moderni.c.ſi compro-
miſſarius de elec.in.vi.& ibi Anch.& Domi.& Abb.in
c.cum uos de offi.ordi. Areti.in.l.ſerui electione de le-
2 ga.i.& Bar.in.l.ii.ff.de opti.leg.quæ ratio ceſſat † in Pa-
pa & ordinario qui ſuo proprio iure cōferunt in quibus
procedit quod poſſunt multiplicare & ab eis multiplica-
ri titulus ad effectus quibus iura & docto.loquuntur ad
hoc Inno.in.d.c.in literis dicens quod prouiſor qui pro
uidit per primas literas ulterius non habet quid faciat
quia plene executus eſt mandatum apoſtolicum, unde
non tenet ſecunda prouiſio arg.c.uenerabili eo.tit.quæ
ratio militat etiam circa idem beneficium reſpectu eiuſ-
dem aut diuerſorum,nam in prima acceptatione eſt con
ſumpta gratia & poteſtas executoris expirat ſtatim q;
bene prouidit ſicut per prouiſionem expirat affectio Ro
3 ta de præben.in antiq.xiiii.cum aliis & prima † nomina-
tio cum conſenſu nominati excludit facultatem nomi-
nandi ſecundum Rot.xxxii.de conceſ.præben.in antiq.
Item acceptato uno beneficio aliud acceptare non po-
teſt glo.in.c.ei quam in uerbo ſine cauſa de conceſ.præ-
ben.in.vi.& Gemi. conſil.ciii.extincta autem gratia ex-
pirat executoris poteſtas.c.ſi ſuper gratia de offic.dele-
ga.in.vi.taliter quod uel ex primo uel ex ſecundo fun-
damento prouiſio per executorem non poteſt multipli-
cari.Item eſto ſine ueri præiudicio quod poſſet omnino
quia nulla eſſet ſecunda prouiſio ad eam publicatio non
applicaretur & ſi expreſſe eam publicaſſet non prodeſ-
ſet publicatio ex quo non reperiretur poteſt acceptatio-
4 nem quæ publicatur prouiſio bona,& terminus † publi-

candi currit & incipit a die prouiſionis, ut inquit regula quod intelligitur de ualida & cum effectu.l.pen.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius uocan.eſt vi.exi.&.c. relatum de cler.non reſid.ideo etiam ſi uerum eſſet quod a quocunq; poſſet multiplicari titulus omnino in caſu deciſionis non ſeruiret publicatio ſuppoſita ſecunda prouiſione nulla, quia etiam in ordinariis non datur ualiditas ſecundæ prouiſionis quando prima eſt bona ex quo titulus & dominium non poſſunt haberi niſi ex una cauſa.l.iiii.§.ex pluribus.ff.de acquir.poſ.& Abb.c. ueniens iiii.col.de præſcrip.dicens quod pro cautela poteſt quis uarios titulos cumulare non ad effectum conſequendi ius ex uariis cauſis,ſed ut ex illis poſſet ſe defendere cum poſſit quis uti pluribus defenſionibus regula nullus pluribus de regu.iur.in.vi.& Abb.in.d.c.poſt electionem & Gofre.in ſumma de præſcrip.hoc autem non ſufficeret in caſu deciſionis in quo requiritur bona publicatio obligante regula,& non ſumus in terminis mere defenſionis quæ ſufficiat,quia non poteſt dici quo ad te libere poſſideo ſi poſſideret,ut habetur in.l.loci corpus.§. fin.ff.ſi ſer.uendi. cum ſupponatur bonum ius alterius quando deficiat publicatio,in ordinariis ergo datur potentia cumulandi non in executoribus licet uterque inualide cumulet prouidendo ſtante prima prouiſione ualide uel ſi in executore cadit etiam potentia multiplicandi non proficit in terminis deciſionis per prædicta, nec contradicitur ſi dicetur quod ſit merus executor qui prouidet uel ſub executor,quia delegatus eſt executor gratiarum.c.ſi ſuper gratia,& Car.cle.i.de re iudi.xii.q.Nec obſtat quod prima erat reſolubilis ſi non publicaretur, quia per eam fuit ius etiam in re plene quæſitum.c.ſi.de conceſ.præben.in.vi.& ꝓuiſiones aliis factæ medio tempore ſunt inualide,ut in alia deciſione ubi allegantur ad propoſitum.c.commiſſa de elec.in.vi.ergo non ualet ſecunda ſi fieret eidem ab eodem deciſio incipit. Dubium fuit in una pallentin.ſub tit.de Ad illud ꝙ in curia

5 quotidie fiunt acceptationes dic quod in una ☩ ad ſpeciem redacta acceptatione ac prouiſione quæ in genere reperiebatur ſeu facta in ſpecie nō licet aliam facere aut redigere ualide quia ſemel duntaxat & in prima.l.bone .§.hoc ſermone de uerb.ſign.&.l.eum qui calendi.ff.de uer.obli.ad conſili.Ludo.ex præmiſſis eſt reſponſum,& quomodo loquatur ac debeat intelligi,dico in deciſionibus incipiente quidam habens inferius decretum,& pluries fuit dubitatum ſub tit.de.

Decime deciſ.de conceſ.præben.Summarium.

An gratia mandati de prouidendo de certo corpore beneficii q̄ primum uacauerit expiret ſi obtinens illud cedat in manibus Pape & ex ceſſione ꝓuideatur tertio cū ſuſpenſione gratiarum.

Epithome.

1 Prouiſio beneficii facta uni ex reſignatiōe obtinētis cū ſuſpēſiōe gratiaꝝ nō facit expirare gratiā mādati de ꝓuidēdo alteri prius eodē cū primū uacauerit cōceſſam.
2 Suſpenſio gratiæ non extinguit gratiam,ſed magis illam cum ſuis qualitatibus præſeruare uidetur.
3 Collator primus impeditus in ſuo turno non perdit illum,ſed habet ſequentem.
4 Gratia per acceptationem non expirat ſi ius in beneficio acceptato ſibi non competit.
5 Acceptanti non creditur ꝙ beneficium ſub ſua gratia nō cadat.
6 Gratia contra concedentem latiſſimam capit interpretationem.
7 Suſpenſio gratiarum in prouiſionibus iuxta mentem pape quid operetur.
8 Prouiſio de beneficio mentaliter reſeruato facta quando ualeat.

9 Gratia ad primum uacaturum non capit beneficiũ in manibus Pape in fauorem certe perſonæ reſignatum nec propterea conſumitur.

10 Reſignatio in manibus Pape quomodocũq; facta de ſtilo in fauorem certe perſonæ factam eſſe intelligitur.

Decima deciſio.

Dubium fuit in una Marſilien.præpoſiture in ſecũda inſtan.corã domino Nicolao de aretio inter epiſcopũ Venusſinũ actorẽ & Robertũ de milis

1 reũ & poſſeſſorẽ pendente,an mandatũ † de prouidendo quod habebat Epiſcopus ad præpoſituram q̃ primum per ceſſum uel deceſſum aut q̃uis aliam dimisſionem uacaret expirauerit ſi Ioannes de correis qui prępoſituram obtinebat ceſſerit in manibus Pape & ſit prouiſum prout fuit Alfonſo de albis qui ſucceſsiue obiit in poſſesſione per cuius obitum Robertus impetrauit taliter quod gratia dicti mandati nequeat capere ex perſona Alfonſi,& una pars dominorum tenebat quod eſſet euacuata ex prima uacatione per ceſsionem, & non poſſet effectuari ex ſecunda uacatione per obitum tanquam ſemel extincta ad regulam.l. qui res.§. aream.ff. de ſolu. Aperta enim erant uerba de prima uacatiõe in ipſo mandato ſeu quando non eſſent de prima intelligitur.l.eum qui kalendis de uerb.oblig.l.bone.§.hoc ſermone.ff.de uerb.ſign. Neq; obſt.clauſula ſuſpenſionis gratiarum qui ſi ſuſpendit non ſuſcitat gratiam extinctam alia pars maior ſuperans in uno uoto contrarium ſentiit ea conſide-

2 ratione quod Papa † non extinxerit ſed magis ſuſpendẽdo præſeruauerit ut ſi non poſſit ratione ſuſpenſionis habere locum in ipſa prima uacatione habeat in alia quaſi præſeruatio fiat ſalua remanente gratia cum ſuis qualitatibus & ut accipiatur de prima uacatione quin in ea poſſit eſſe locus gratiæ non alias ut intelligantur uerba cum effectu.l.pe.§.docere.ff.ne quis eum qui in ius uoca.eſt

vi.exi.&c.relatum de cle.non reſide.& ad illud de extin ctione dicebat quod Papa ſuſpendendo gratiam ad præ poſituram in indiuiduo factam uideturſubſtinere unum mandatum de prouidendo & ſurrogare futuram uaca tionem & ſecundam ex perſona Alfonſi in locum uaca tionis ex perſona Ioannis ut habeatur ꝓ prima effectua li & hoc cum eadem poteſtate mandati.l.eum qui.§.qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.&.c.eccleſia ſanctæ Marie ut li te pendente,pro hac parte occurrit in ſimili Rot.xxi.de
3 præbend.in antiquis ꝙ primus † collator in ſuo turno im peditus non perdit illum ſed habet ſequentem, item etiã quod in ſimili de expectatiua dicitur per domi.poſt alios in.c.cum in multis col.v.de reſcrip.in.vi.quod per acce
4 ptationem † non expirat ſi alii ꝗ acceptanti ius in benefi cio acceptato competebat ſtante proteſtatione quin im mo abſque ea ſecundum eundem domi.& ſine ſententia ſecundum Io.an.ibi circa fi.cuius opinionem approbat Rota in gratia in forma pauperum deciſ.iiii.in no.eo.tit. & hoc dummodo coſtet ius alteri compete cum alias
5 non credatur acceptanti † quod beneficium acceptatum nõ cadat ſub gratia ſua dicit Rota deciſ.viii.de cau.poſ. & proprie in anti.facit etiam equitas in iudiciis neceſſa ria.l.quod ſi epheſi.ff.de eo quod cer.lo. Nam quod effectuetur in ſecunda uacatione per obitum nemini præ iudicatur niſi Pape cui erat reſeruata per regulam præ poſitura quia prima dignitas poſt pontificalem in cathe drali & quia idem Papa pro ſeruitiis ab epiſcopo factis ſibi & expen.& quia erat ſibi benemeritus ut in gratia di cebatur mandatum conceſſerat ad præpoſituram unde
6 contra concedentem † latisſimam admittebat interpreta tionem dicta clauſula ſuſpenſionis.l.fi.ff.de conſti.princi pum.c.cum dilectus de conſue.& glo,in cle.ſi de bene ficio de præben.& ex prædictus ſi Papa interrogaretur ita uériſimiliter declararet & ſic facit.l.tale pactum.§.fin. .ff.de pact.cum not.ibi quæ procedit in contractibus re ſcriptis & aliis diſpoſitionibus ſecundum Bal.& Pau. de

caſt.ibidem pro prima tamen opinione poteſt conſidera
7 ri † quod mens Pape in ſuſpendendo non eſt, niſi ad
præſeruandum uacationem ob omni gratia ad finem ut
ualeat prouiſio Alfonſi quare non debet ultra operari
.l.non omnis.ff.ſi cer.pet.neq; ex eo intendit aliam gra
tiam ab ea quam facit Alfonſo cõſeruare aut ſi eſſet mor
tua uel tunc expiraret uiuificare ſeu ſuſcitare ut in.d.§.
Et quia hoc non expresſit.l.ſi ſeruum.§.non dixit præ
tor.ff.de acquiren.here.patet quia quando poſtulatur ſu
ſpenſio ad mentales reſeruationes ſolet ſignatura reſtrin
gere clauſulam ſuſpenſionis ad effectum reſignationis
duntaxat.agit ergo Papa præſeruare reſeruationẽ & ex
cludere a tali uacatione omnem gratiam quæ poſſet ca
pere & ſubintrare non autem alias gratias aliter in ſuo
curſu & iuxta earum tenorem impedire nec uidetur pro
bari ex uerbis aut conſtare ex mente quod Papa ſurro
get aut præſeruet præterq̃ in expresſis & ad effectum pr̨
dictum dum ſuſpendit nec etiam uidetur cadere motiuũ
latisſime interpretationis aut mentis præſumpte in ipſa
ſuſpenſione clara & aperta etiam ſi ob merita gratia fa
cta dicatur ex quo hic uergeret in præiudicium Roberti
uerum pro ſecunda opinione facit illa deciſio incipiens
ſuppoſito ut in prima deciſione ſub ti.de reſeruat. quod
8 ualet prouiſio † ex cauſa cesſionis in manibus Pape per
Papam facta de beneficio quod erat mentaliter reſerua
tum ſi in clauſula ſuſpenſiua gratiarum dicatur etiã men
talium & non reſtringatur ad effectum reſignationis tan
tum quanuis in alia parte ſupplicationis de mentalita
te Papa non intellexerit & hoc ſecũdum unum modum
intelligendi quod Papa non extinguat ſed ſuſpendat pr̨
ſeruando quem cum motiuis ibi uide pro iſta parte acce
dit & alia deciſio incipiens confirmauerat Papa ſub tit.
9 de renun.iii.in qua habetur quod gratia † ad primum ua
caturum non capit beneficium in manibus Pape in fauo
rem certe perſonæ reſignatum nec de tali intelligitur igi
tur in eo ſeu eiuſmodi uacatione nõ cõſumitur & ibi pa

1 o tet quod quando ſit manibus Pape † quomodocunque ſit concepta ſupplicatio uidetur ex ſtilo facta in fauorem prout uideas in.d.deciſ.Et ex hac conſideratione & pro xima data ueritate earum quando alia fundamenta non ſubſiſterent poſſet ſtare ſecunda opinio pro qua.d.Nico laus iudicauit ego uero in tertia & ſecunda inſtantia reſpectiue cauſam concordaui ob uarietatem opinionum ex eo quod quatuor domini tenuerant primam partem & quinqꝫ ſecundam & ſtudui defendere iudicium maioris partis poſtq̄ ſecundum ipſam fuerat pronuntiatum ex aliquibus ſimilibus & ex determinatione dictarum deciſionum quæ occurrerunt poſt iſtam.

De emptio.& uendit.

Vnice deciſ.de emptio.& uendit.Summarium.

Si res ualoris duorꝝ millium & tricentorꝝ ſit uēdita ꝑ mille cum iuramento de non contraueniendo & clauſula ex certa ſcientia &c.poteſt agi remedio.l.ii.de reſcindē da uendi.tanquam ſit magna & enormis leſio.

Epithome.

1 Venditio etiam iurata & cum clauſula ſciens &c.ſi uendens eſt leſus ultra dimidiam iuſti prǽcii reſcindi poteſt.

2 Abſolutio in caſu enormi & enormisſime leſionis a iura mento peti poteſt & nu.4.

3 Reductio ad arbitrium boni uiri ſtante enormi leſione non obſtante quacunque uerborum cautela peti poteſt & nu.6.

5 Reſtitutio propter enormisſimam leſionem competit ec cleſiæ etiam poſt quadriennium.

7 Iurans non contrauenire an ſit ita periurus agens ad ſup pletionem præcii ac ſi ageret ad reſtitutionem rei.

Vnica Deciſio.

1 CONTRA uenditionem † iuratam
cum clauſula ex certa ſcientia & aliis
apponi ſolitis competeret remediũ
.l.ii.C.de reſcin.uẽdi.&.c.pe.de em
ptio.& uendi.ex quo domus fuerat
uendita pro mille ducatis q̃ erat ua-
loris duoꝝ miliũ & tricentoꝝ,dubi-
tatũ fuit in una Romana domus de
columna.1513.& quidam uolebant quod non adducen
tes glo.Bar.& alios in.d.l.ii.glo.etiã in.d.c.pe.& quod
hæc eſt opinio cõmunis legiſtaꝝ & canoniſtaꝝ in dictis
locis pro qua Anch.conſi.ccccxxxiii.orta lite & Alex.cõ
ſi.xlii.i.vol.ſup præmiſſo ꝓ ea parte ut cõmuni plura al-
legat & quod ſit cõmunis inquit Imo.in.d.c.pe.& alii in
c.cum contingat de iureiuran.facit quod Bar.tenet in.l.
ſi quis cũ aliter.ff.de uerb.oblig.& hoc quia uſq; ad di-
midiũ eſt ꝑmiſſa deceptio.d.l.ii.&.d.c.pe.&.l.in cauſæ
la.ii.§.i.ff.de mino.& ſupra dimidiã debebat operari iu-
ramentũ etiam in maiori ſumma tricentoꝝ, nihilominus
maior pars uoluit competere exiſtimans magnã eſſe le-
ſionem & enormen qua ſtante iuramentũ non debet eſſe
uinculum tante leſionis ſicut enim quando ex dolo iura-
tur præfatum remedium nõ excluditur ita debet eſſe quã
do re ipſa.d.l.ſi quis cum aliter & ſi contrariũ diceremus
locupletaretur actor cum graui iactura uenditionis con-
tra equitatem.l.nam hoc natura.ff.de condi.inde. Nam
dimidia cum exceſſu multum depauperat pro iſta equi-
tate facit quod uoluit, But.in.d.c.cum contingat quem
ibi refert Abb.xix.col.cum ſeq.in.ix.caſu ut non ualeant
contractus & iuramentum data enormi leſione quin po-
2 tius poteſt peti abſolutio † in caſu enormis aut enormiſ-
ſime leſionis etiam ſi fuerit iuratum quod non ueniret
quis contra etiam ratione enormisſime leſionis quod in
quit etiam procedere ſi minor dixiſſet quod totum il-

lud quod pluries eſt dat & donare intendit cum non ſit abſque dolo & fraude contrahens cum conſumpturo & cum actu ipſo male conſumente.l.ſi quis cum ſciret.ff. pro empto.cum aliis quæ allegat etiam ſi fuiſſet iuratum omnia & ſingula uera eſſe & hæc dicit Abb.eſſe omni equitati conſona putans quod maior poterit contraue-nire data enormisſima leſione conſiderans ad hoc con-ſuetudinem notariorum & multa alia de quibus ibi & idem Barb.in.c.quintauallis de iureiuran.quam etiam ibi refert Abb.colum.xv.cum ſeq.& in.d.c.cum contingat ꝙ enormiter deceptus non obſtan.poteſtate arbitris da-ta quod posſint eſſe in totum de iure unius dare alteri po terit contrauenire quanuis non appareat de dolo ex pro poſito ſed re ipſa idem Anch.in repetitione.c.canonum ſtatuta de conſti.& aliquatenus ſentit Ho.in.d.c.contin-gat licet multi contra inquit ibi Abb.quorũ motiua hinc inde proſequitur latius in.d.c.quintauallis ubi etiam re-fert Bal.dicere communiter obſeruari quod non obſtan

3 te † quacunqꝫ uerborum cautela ob enormem leſionem poteſt peti reductio ad arbitrium boni uiri quia nõ eſt ue riſimile partes ſenſiſſe quod arbitrator poſſet eos enor-miter ledere arg.l.cum aquiliana.ff.de tranſacti.dicit etiã Abb.in.d.c.pe.ulti.col.quod minor enormiter leſus po-teſt petere abſolutionem a iuramento ar.op.d.c.cum cõ tingat &.c.ii.de pact.in.vi.& ꝙ ita But.in.d.c.contingat conſuluit etiam ſi dixiſſet ſe uelle donare ꝙ in maiori ſe-quitur Abb.data enormisſima leſione & quod iuramen-tum uidetur illicitum ex parte recipientis cum interuene rit dolus ex propoſito uel re ipſa quo caſu competit ab-

4 ſolutio † ad no.in.c.pe.&.c.debitores de iureiurã.q̃ dixit notanda tanquam quottidiana Imo.etiam qui dixit in.d. c.pe.viii.ix.x.col.glo.& docto.communiter ſentire pro negatiua ex pluribus fundamentis firmat articulum eſſe dubium & tandem ait per ea quæ deduxit dicendum ui-deri quod de iure non habeat obſtare iuramentum cir-ca remedium.d.l.ii.& quod hæc pars uidetur ſatis pro

babiliter de iure ſubſtineri & quod a tali iuramento poteſt peti abſolutio prout poteſt quando per dolũ & metum fuiſſet iuratum & iſtud uidetur equum & de iure ꝓbabile & ad glo.&.doct.ꝙ iuramentum præiudicet maiori reſpondet poſſe dici quod glo.& docto. nil dicunt de abſolutione a iuramento etiam ſi re uera uideantur uelle ſimpliciter quod præiudicet Alex.etiam in.d.l. ſtipulatio hoc modo concepta.iiii.col.putat contra communem poſſe ſuſtineri ut concedatur abſolutio a iuramẽto quia auct.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uendi.d.c. cum contingat &.d.c.ii. non loquuntur quando deceptio eſt ultra dimidiam cum lucro alterius licet ſubiungat difficile eſſe id obtinere in practica contra auctoritatem dictarum gloſarum in caſu autem propoſito fuerat obtenta commiſsio quæ abſolutionem a iuramento ad effectum præſtabat ſine qua maior pars tenuit ut ſupra in magna tamẽ uarietate opinionum propter communem ſententiam contrariam quantuncũꝗ rigoroſam ideo rota quę multum equitati innititur.l.quod ſi epheſi.ff.de eo quod cer.loc.ne dum in iſta uerum etiam in aliis in caſu enormis leſionis quod non obſtet iuramentum neꝗ aliæ clauſulæ quæ poni ſolent tenuit pro maiori parte putans damnum eſſe graue & enorme facit etiam ꝓ deciſ.glo.
5 in.c.i.de integ.reſti.in.vi.ubi propter † enormisſimam leſionem aut eminentisſimum damnum reſtituitur eccleſia poſt quadriẽnium & ultra,in caſu autem quo agitur dãnum ſatis eminet quod eſſet diſcutiendum quando magna maxima enormis uel enormisſima ſit leſio & in qua ſumma uel parte an in ſexta uel tertia.& Bar.in.l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.v.colum.cum ſe.ff.pro ſoc.tradit & Abb.in.d.c.quintauallis.xvii.colum.refert quatuor opi-
6 niones pro quanta leſione † competat reductio ad arbitrium boni uiri & colum.ſeq.ſubiicit quod quando dicatur euidens iniquitas non credit poſſe dari certam doctrinam ſed ex uariis circunſtantiis iudex arbitrabitur & deſuper dat regulas & quando dicatur magna uel parua

quantitas conſideratur reſpectu perſonarum & cauſæ ſe⸗ cundum Bal.quem idem Abb.col.xvi.adducit allegan⸗ do.l.cum filius.§.heres meus.ff.de lega.ii.& glo.in.c. fi.de re iudi.in.vi.nec eſt nouum quod palatium in ro⸗ ta & ſignatura quandoq; teneat contra communem quã do contraria opinio communi eſt equior prout in caſu deciſionis primæ de procur.in antiq.contra quem eſt cõ munior opinio ut dico in alia deciſione incipiente intro⸗ ducta erat lis & habunde Fely.in.c.cauſam quæ de iudi. pe.& ult.col.& in pluribus aliis caſibus ſuper quibus plu res reperiuntur deciſiones aduertendum tamen quod in
7 d.c.pe.dicitur poſſe agi † ad reſtitutionem rei aut ſupple tionem præcii quod ſi eſt iuratum de non contrauenien⸗ do fieri nequit ex quo ita faciens eſſet periurus cum pro hibitum ſimpliciter ſit alternatiue prohibitũ.l.quod ſub conditione.§.i.& ibi Bal.ff.de condit.inſti.dicens bene poſſe agi ad ſupplementum præcii & hoc ut notandum in eternum ſequitur Fely.in.c.inter cæteros vlti.col.de re ſcrip.& declaret.Ant.de burgos in iſto tracta.ſuper.d.c. pen.char.pen.viii.limitatione quod ſi agat ſolum ad ſupplementum non poteſt excludi ratione iuramenti ex eo quod non cogitauit tantum damnũ nec efficitur per iurus poſtquam vult ſeruare contractum eo modo quo poteſt & intelligebat.ſ.pro iuſto præcio ſed tenendo nõ obſtare iuramentum non habet locum huiuſmodi di⸗ ctum quinimmo poterit agi.alternatiue ſine pena periu⸗ rii ex quo eodem errore aut deceptione ex animo ſeu re ipſa fuit iuratum ſicut contractum ut per Imo.& alios in.d.c.pen.dum arguunt pro affirmatiua unde regulatur iuramentum a natura contractus pro quo.l.fi.C.de non nume.pecu.item cum optio ſit emptoris vt.d.c.pen.vbi etiam Abb.poſt alios uideretur ei agendo præciſe tolli facultas a lege conceſſa quoniã ſentẽtia deberet eſſe con⸗ formis tali petitioni.l.vt fundus.C.eod.tit.c.licet Hely. de ſimo & quia eſt in ſolutione debet poſſe peti alter⸗ natiue quem ad modum quando vtrunq; eſt in obliga⸗

4 Expresſio eorum quæ tacite inſunt nihil operatur.

5 Subſtitutio neceſſario habere debet aliquã conditionem.

6 Tunc & eo caſu, iſta uerba quando cadant in aliqua diſpoſitione & an aliquam præſumptionem excluſionis ſeu reſtrictionis inducant.

8 Iura per ſubauditiones aut repetitiones tacitas nõ reuocantur nec per ſimilitudinem eaꝝ correctio inducitur.

9 Præſumptiones diuerſe ſi cõcurrant,uincit fundata in potentiori ratione ac ueriſimili coniectura.

10 Eo caſu,iſta uerba adiuncta dictioni tunc exagerant non reſtringunt diſpoſitionem.

11 Subſtitutio vulgaris concepta in uno caſu an comprehẽdat alium ſi mater ſit in medio.

Prima deciſio.

CLARVM eſt,in iure ſubſtitutionem factam filio impuberi vulgariter continere tacitam pupillarẽ & factã pupillariter tacitam vulgarem in terminis.l.iam hoc iure cũ ſi.ff.de vulga. & pup.dubitatum fuit una Roman. alias Lucan.teſtamenti & bonoꝝ in qua dominus Camillus de ballionibus & ego fuimus electi a Car.cortonen.& a Baldaſſar

1 re de piſcia datario arbitris an uerba tunc & eo†caſu appoſita in ſubſtitutione expreſſa excluderent tacitã & licet Bal.cõſi.lvii.itẽ inſtituo uol.ii.dicat ꝙ prædicta uerba ad unũ caſum ſe reſtringant & Anch.cõſi.cclvi.ex ſerie teſtamẽti quod uidẽtur excludere omnes alios caſus quos cõplectitur vulgaris ſubſtitutio & ea põderet & Lud.ro cõſi.cxxxi.prima dubitatio ac.cxxxviii.nona ſuperuenit

& Deci.cõſi.lxiii.& ꝑ tenui uidelicet quod ad caſum expreſſum pręciſe reſtringatur ſubſtitutio & ad aliũ nõ porrigatur propter dictionẽ tũc nihilominus tenuimus contrariũ & ita.1519.ꝑ ipſos arbitrios fuit iudicatũ & ſententia arbitroꝝ poſtea in Rota cõfirmata duabus ſolũ contradicẽtibus nã regula de tacita cõtenta in expreſſa nõ reperitur limitata ꝑ dicta uerba ſed ita demum quando eſt dictio taxatiua tantummodo aut ſimilis ſecundũ Saly.in .l.præcibus.C.de impub.& aliis ſubſti. Alex.& Iaſ.poſt alios in.l.q̃uis eo.titu.ergo non eſt recedendũ ab ea dicit glo.ſuper ru.de reg.iur.in.vi.ante fi.item hoc tenet clare Bal.nouellus in repetitione.l.i.ff.de vulga.& pup.in xiii.char.ſuper tertio effectu vulgaris expreſſe continentis tacitam pupillarem uer.iiii.limita.niſi teſtatur ſubſtituiſſet vulgariter tantum & exemplificat ſi heres non erit
2 tunc & in eum caſum tantum uel duntaxat † ſubſtituo titium quo caſu non contineretur tacita propter naturã dictionis taxatiue quæ eſt excludere caſus tacitos & ſub intellectos.l.iii.§.cum titio.ff.de adi.lega.& cle.exiui de paradiſo.§.cum autem de uerb.ſign.ubi melior tex.ad hoc qui ſit in iure ait Iaſ.in.d.l.iam hoc iure col.ii.pro quo
3 conſidera quod dictio † tunc non eſt taxatiua nec excluſiua ſed demonſtratiua aut declaratiua rei cui adiicitur & in tempore extremitatem notans.l.iiii.§.fin.ff.de condi. & demon.patet in generali exẽplo vulgaris ſi heres non erit & in quolibet ſpeciali tunc ſit heres titius ſeu eo caſu in talem euẽtum titius ſit heres cum hæc equipolleant item pondero quod ſenſus ſubſtituentis non erat alius quinimmo talis abſq; ſimilium uerborum adiectione un
4 de tacite † inerat & ſic expreſſio nihil operatur.l.omitto .§.ſub conditione de tutel.&.l.ff.de lega.i.per.l.non recte.C.de fideiuſſo.uerba igitur prædicta ſolum declarant & demõſtrant abſq; quod excludant tacitam a lege præſumptam ex coniecturata mente ſubſtituentis qui ſi de caſu præſumpto cogitaſſet etiam in eo expreſſe ſubſtituiſſet ut dicunt Bar.& Alex.in.d.l.iam hoc iure occur

rit quod iſte eſt quidam modus ita loquendi in huiuſmo
di forma ſubſtitutionis & magis declarandi non tamen
neceſſarius quo ſine alternatione & eiectione uel exclu-
ſione tacite de qua loquimur aliqui teſtatores & notarii
utuntur aliqui non & ſi ſubſtituens excludere uoluiſſet
omnem alium caſum ab expreſſo ſicut dixit tunc & eo
caſu ſubiunxiſſet ſolo ſolum uel tantum aut ſimilem ex-
cluſiuam uel taxatiuam arg.l.unice.§.ſinautem ad defi-
cientis.C.de cadu.tollen.&.c.inter corporalia uer.nec il-
lud de transla.epi.ubi & glo.oſtendo quia in.l.lutius ti-
tius.ff.de hered.inſti.& in.l.cum proponas.C.eo.dictio
tunc non apponitur neceſſario nec inducit iuris miniſte-
rium ſed ponitur demonſtratiue ac declaratiue idem in.l.
lecta ſecundum Bar.ibi in ſecunda opinione.ff.ſi cer.pe-
ta.& de hoc tex.uidetur expreſſus in.l.gallus in prin.ubi
dictio tunc in uno caſu appoſita iux.§.& quid ſi tantum
.ff.de libe.& poſth.& declaratione doct.ibi quod curio-
ſus reperiet in pluribus aliis iunibus ſic etiam in contra-
ctibus non refert dicere ſi nauis ex aſia ueniret promitto
centum uel tunc promitto centum aut tali caſu promit-
to centum cum nec plus nec minus ſit in una promiſſio-
ne q̃ in alia & quod uerba eiuſmodi non excludant taci-
tam demõſtro ulterius quoniam & ſi quis prohibet uno
tempore permittit in alio & econtra qui in uno caſu ſub-
ſtituit in alio uideatur ſubſtituere ut prouiſio in uno ca-
ſu uideatur in aliis remotio & permiſſio in uno in aliis
quandoq; prohibeat & econuerſo.l.imperator de po-
ſtul.l.ſtat.liberum.§.ſtichum de lega.ii.l.cum prætor de
iudi.l.commodiſſime.ff.de libe.& poſth.l.maritus.C.de
procur.c.nonne cum ibi not.de præſumpti & hoc maxi
me procedere deberet hic ex uno caſus tacitus eſt dire-
cte contrarius expreſſo & omnino diſſimilis in effectu
in uerbis prout dicit Iaſ.opponendo in.d.l.iam hoc iure
5 col.i.tamen cum ſubſtitutio † debeat habere neceſſario
unam conditionem propterea ſi teſtator ſubſtituat in eũ
caſum uel euentum conditionem illam de neceſſitate po

nit ideo non uidetur excludere alium caſum ita inquit Bar.in.d.l.iam hoc iure quanuis aliqui quos refert ibi Iaſ.ſentiant non eſſe neceſſe unam conditionem exprimere nihilominus quando exprimitur quod eſt quaſi ſemper pro quo.l.iura.cum dua.ſe.ff.de legi.ſatis ur‑
6 get conſideratio Bar.& uerba † tunc eo caſu non cadunt niſi exprimatur aliqua conditio quæ ſi omittatur ſubintelligitur ut ſi heres non erit ſubſtitutioni locus exiſtat nõ aliter inſpecta expreſſa ſubſtitutione cum vulgaris caſum iſtum habeat in genere in confuſo tantum qui alios complectitur ut declarat Bar.in.l.fi.C.de inſti.& ſubſti.ſub cõdi.fac.& dato ſine præiudicio ueri quod ex prædictis uerbis & ſubſtitutione in unum caſum expreſſum & certum euentũ admitteremus cauſari aliquam præſumptionem excluſionis ſeu reſtrictionis ar.dictorum iurium omnino in terminis concluſionis eſſet potentior præſumptio ad.l.iam hoc iure inducentis tacitam rationem ueriſimilis mentis diſponentis quæ ratio etiam eſt potens in contractibus.l.tale pactum.§.fin.ubi etiam glo.ff.de pact.& in ſtatuti reſcriptis & aliis diſpoſitionibus ſecundum Bal.& Pau.de caſt.ibi & late Curt.conſi.lii.colum.ii.non enim ex iſtis uerbis colligitur aliqua uel non eque ueriſimilis coniectura ſubſtituentis ad excluſionem ſicut a lege ad incluſionem ex quo uis uerborum iſtud neceſſario non importat præcipue quia tacita continetur quando vulgaris eſt etiam concepta in unum caſum tantum puta ſi poſthumus non naſcatur & idem eſſet ſi diceretur in euentum uel caſu quo poſthumus non naſcatur & ſi conciperemus quod qui in uno caſu ſubſtituit in aliis excludit ar.d.iurium utiq; nunquam eſſet locus ſubſtitutioni tacite inducte a lege unde niſi ſubſtituens clare excludat ſtat coniectura & diſpoſitio legis non obſtante na‑
7 tura † dictionis tunc extremitatem notantis quoniã iuxta materiam ſubiectam uel apponitur declaratiue uel exprimit clarius quod tacite inerat uel non importat iuris miniſterium ut eſt dictum prout de iuramento in.l.fin.C.

de nonnu. pecu. & in.l. ſi uno loca.ff. & ibi glo. notans quod ex qualitate contractus uerba accipiuntur contra propriam ſignificationem & glo.in uerbo titu.in.c.i. de uſur.in.vi.l. inſulam de præſcrip.uer.& Bar.in.l. ſi conſtante in prin.q.i.col.iii.ſol.mat.& in.l.omnes populi in vi.q.prin.col.viii.ff.de iuſti.& iur.in propoſito autem ſumus in terminis quibus lex inducit caſum omiſſum ex ueriſimili mente ſubſtituentis taliter quod ad hunc ſenſum omnia uerba pro uiribus ſunt intelligenda non contra niſi in caſu claro & licet ſit limitata vulgaris in uno caſu indiuiduo tamen pupillaris generaliter procedit caſus eſt ſingularis iunc.glo.in.d.l.ſi.quem ſequitur Iaſ.in.d.l. iam hoc iure circa medium quare ad excluſionem tacite non ſufficit leuis ſed oporteret grauem & potentem habere coniecturam & ex eo quia agitur de tollenda diſpoſitione.d.legis uel ut eo caſu ceſſet quæ tamen debet ſtare niſi cauſa cõiecture deficiat.l.ſancimus.C.de teſt.nam
8 nec per ſubauditionis aut repetitiones tacitas † reuocantur iura glo.eſt notabilis in cupientes.§.quod ſi ꝑ uiginti de elect.in.vi.neq; etiam per ſuppletiones inducitur iuriũ correctio aut per ſimilitudinem rationis ut no.Abb.in.c. ut debitus col.vi.de app.facit optime.l.ii.C.de condi.
9 inſer.propterea ſi daremus concurſum † præſumptionũ ex prædictis uinceret præſumptio tacite ſubſtitutiõis fundata in potentiori ratione ac ueriſimilitudine ſuper qua lex diſpoſuit ut traditur in.l. diuus cum ibi not.ff.de in integ.reſti.in.c.cum inter R.ſeniorem de elect.& in.c.literas iunc.glo.de præſumpti.non ob.cõſi.Bal.l.vii.quia cõſulit in diuerſo caſu ab iſto & fundat ſe in forma conditionali a qua recedi non poteſt.l. qui heredi.§.fin.&.l. meuius.ff.de cõdi.& demon.& quia Antonia cui erat facta ſubſtitutio ſi antequam filii procrearentur ex ea decederet ut tunc Eleonora ſuccederet deceſſit ſuperſtite filio dicit eſſe caſum in.l.ex facto.§.pen.ff.ad trebell.& in.l. generaliter in princ.C.de inſti.& ſubſti.ſub condi.fact. quæ iura non contrariantur.d.l.iam hoc iure nec cõclu

ſioni & eſt diuerſitas caſuum nec conſideratio q̃ ſubiicit de aduerbio temporis tunc allegando.d.l.iiii.§.fin.&.l. uxori uſumfructum uille de uſufruct.lega.ac.l. in ſubſti- tutione.ff.de vulga.& pup.refragatur quia dicta iura pro cedunt in materia ſatis diuerſa & quando haberet ſimili- tudinem uoluntas diſponentis eſt in eis ut expectetur tempus quod colligitur ex dictione tunc denotante tem poris extremitatem ut per Bar.qui ita declarat & in ſin- gulis asſignat alias rationes & aliud eſt quod per dictio nem tunc notetur extremitas temporis non ſubſiſtente alia coniectura nec lege in contrarium aliud quod exclu datur tacita ſubſtitutio fomentata a lege & quãdo tenea mus ſenſum Bal.communem in.d.l.in ſubſtitutiõe & ibi Iaſ.ait col.i.alias.ii.quod quanuis cõditio negatiua ſi he res non erit habeat ſenſum ſi nunquam heres erit & ſic ui deatur uerificari ſub aliquo tempore fuerit heres tamen ubi agitur de excludendo ſubſtituto pupillari reſtringi- tur ad tempus mortis nec ſufficeret prius fuiſſe heredem ut deciditur ibi etiam non offenditur concluſio quæ agit de includendo ſubſtituto in caſu omiſſo immo faceret ꝓ concluſione quæ ad concluſionem tacite ſubſtitutionis eſt adiuuanda & cõferunt etiam pro ſolutione dictarum legum quæ Iaſ.ubi ſupra col.pen.ſcribit & quod addit
10 Bal.† & eo caſu ſeu in eo caſu eſſe unius caſus reſtricti- ua non probat præcipue in terminis concluſionis & eſt exaggeratio uerborum non reſtringens nec excludens iuris diſpoſitionem & contrarium eſt demonſtratum ſu- perius per plura fundamenta Ancharan.in allegato con ſili.ccclvi.adducit eadem iura & ex alio etiam non con- tradicit quia quod prædicta uerba excludant omnes alios caſus dicit eſſe fauore fratris exiſtentis in medio,
11 nam quem ad modum lex interpretatur vulgarem †con ceptam in unum caſum ut non comprehendat alium ſi mater ſit in medio.d.l.fin.ſecundum intellectum Bar.& Bal.&.d.l.præcibus fortius, ita debet interpretari in fa- uorem fratris contra uxorem teſtatoris quando ergo eſ-

ſet uera ſententia Anch.non operatur hoc dictorum uer borum proprietas ſecundum eum,ſed coniectura & fauor fratris uel non ſola natura uerborum,ſed iuncta cum dicto fauore,& hoc modo etiam faceret pro concluſione ex quibus conſtat non obſtare Ludo.Ro.& Decio.in allegatis conſiliis quoniam omnes conſulunt in longe diuerſis terminis & procedunt per eadem motiua quibus alii ſupra,& quādo ſint uere earum determinationes nō ſunt applicabiles ad hunc caſum,nec concludētes quod prefata uerba excludant tacitam.

Secunde deciſ.de teſta.Summarium.

In liberis primi gradus fructus nō cōputātur in trebellianicā licet duas quartas detrahāt prout detrahi poſsūt.

Epithome.

1 Fructus hereditatis in quartam trebellianicam neq; legitimam quo ad liberos primi gradus non cōputantur.

2 Filius grauatus reſtituere hereditatē detrahit duas quartas.

Secunda deciſio.

1 QVod fructus non cōputentur † in quartā trebellianicā quo ad liberos primi gradus etiā ſi due quarte deducant concluſum fuit de menſe Nouēbris 1521.In una corā domino Nicolao de Aret.per.l.iubemus.C.de trebelli.ita Bar.in.l.quod de bonis.§.quod auus.ff.ad.l.falci.& Ang.conſi.cxxiiii.Zolus col.ulti.concludens filium grauatum de reſtituenda hereditate habere duas quartas de quo pro & contra glo.in.l.papus.§.meminiſſe.ff.de inoffi.teſta.& in.l.quamq;.C.ad.l.falci quod iure canonum eſt expeditum locum eſſe dua

2 rum † quartarum detractioni.c.raynutius,& ibi glo.antepenul.c.Raynaldus & ubiq; canoniſte de teſta.glo.i.in.c.

in.c.in præſentia de probati.& Bar.in.d.l. meminiſſe & in.l.coheredi.§.cum filie uer.quod ſi heredem.ff.de vulga.& pupil.ut eſt in obſeruantia iudiciorum. Subiungit Ang.quod fructus uon imputantur in legitima nec in trebellianica.d.l.iubemus,&.l.ſcimus.§.repletionem.C.de inoffic.teſta. Nec obſt.ꝙ.d.l.iubemus ſecundum Paul. de caſt.in.d.l. quod de bonis.§.fructus & in.l.mulier.§. cum proponeretur.ff.ad trebelli.debeat limitari in detractione unius quartæ tantum ponderando ibi dodrans reſtituatur iuncto fine legis & in.d.§.cum proponeretur dicat Alex.quod eſt limitatio peregrina & ſingulariter notanda mentiꝙ tenenda & ab alio nō ſcripta quia idem Alex.in.d.§. quod auus mutauit ſententiam ſequendo Bar.& Ang.propter quarum auctoritatem dicit durum eſſe in practica obtinere contrarium ſubiiciens quod ſi.d. .l.ſolum haberet locum quando filius detraheret unam quartam ſeruiret de uento ex quo ne dū liberi primi gradus uerum etiam alii habent legitimam abſꝗ computatione fructuum ut in.d.§.repletionem ꝑ quem ſatis erat in una quarta prouiſum uerbum autem dodrans intelligatur de eo quod ſupereſt deducta tamen prius legitima ſicut intelligit Bal.in.l.filium quem habentem col.xii. uerſi.extra oppo.C.fami.herc.& dixi in.l.in ratione.§.ꝙ vulgo.in glo.i.ſuper eo & iſta ait adde hiis quæ ſcripſi in.d.§.cum proponeretur & aduerte quia Paul.de caſt. etiam uidetur ſenſiſſe cum Bar.in.d.§.quod auus & clarius in.d.l.iubemus cum quo & Phil.cor.conſil.clxxx. col.i.uol.iiii.item quod ſit locus detractioni duaꝝ quartarum uidetur inductum ut dici ſolent per.d.c.raynutius & Raynaldus & ſic ſi ita eſt poſt.d.l. iubemus quæ hoc conſiderauit nec conſequenter quod fructus diminuerent trebellianicam & cum non mutetur expreſſe remanet incorrecta & abſꝗ reſtrictione.l. ſancimus de teſta.l. præcipimus in fin.C.de appella.not.per glo.& docto.in c.i.de ope.no.nunti.l.de præcio.ff.de publici. nec refragatur quod ab exordio humane naturæ fuerit in mente

conditoris legis detractio duplicis quartæ & ratio ante- rior ipſa.l.iubemus & quod lex antiqua quandoq; habet reſpectum ad caſum iuris quod poſtea editur iux.not. per glo.in uerbo effrenatam.c.ſignificauerunt de teſti. ibi non iuris nouitatem ſed ratio eſt antiqua & ſuper ru. de reg.iur.in.vi.ante fin.Bar.in.l.legitima col.i.uerſi.ſed oppo.iſta exẽpla.ff.de pact.& Abb.in.c.publicato col. ii.de electi.quod tu nota ad multa quoniam ſi imperator in.d.l.id reſpexiſſet & propterea uoluiſſet non debere computari quando duplex quarta detraheretur expreſ- ſiſſent.l.unica.§.ſinautem ad deficientis.C.de caduc.tol- len.&.c.ad audientiam de deci.cum ſciret in legitima nõ computari item ex hoc non inferretur neceſſario corre- ctio aut reſtrictio nec eam ſuadet ratio quin potius oppõ ſitum ex prędictis nemo enim inquit Bal.in.d.l.iubemus col.ii.dicet principium eiuſdem legis loquens de fauore filiorum aliquo iure eſſe correctum quod iunctũ cũ fine ꝓ- cedit in liberis primi gradus ut fructus nõ computentur in ſortem in aliis ſecundum Bar. ibidem dicentem tene hoc menti perpetuo quia faciet tibi magnum honorem.

Tertie deciſ.de teſta.Summarium.

Omisſio inuentarii non priuatur trebellianica uel ſic propter non confectum inuentarium non perditur tre- bellianica.

Epithome.

1 Inuentarium ſi ab herede cõfectum non fuerit an perdat commodum trebellianice & nu.6.

2 Mandatum ſpeciale comprehenſum ſub generalitate uerborum an ſufficiat in petenda reſtitutione in in- tegrum.

3 Inuentarium non faciens debet complere de ſuo legata- rios & fideicommiſſarios.

4 Heres fideicõmiſſario uniuerſali ratione reddere tenetur
5 Extenſio fit in exorbitantibus data paritate rationis ubi uerba poſſunt adaptari ex lata ſignificatione.
7 Appellatione falcidie an ueniat trebellianica.
8 In correctoriis etiam data rationis idemptitate nõ fit extenſio.

Tertia deciſio.

1 IN eadẽ cauſa quia heres nõ confecerat inuentarium † an ꝑdidiſſet commodum trebellianice dubitabatur & ꝓ affirmatiua allegabantur Ia.de are.Cyn. Bal.& Saly.in auct.ſed cum teſtator.C.ad.l.falcid. quæ opinio uidetur probari ibi & in corpore unde ſumitur de here. & falc.§.huic nobis uſq; ad.§.ſin uero expreſſum col.i. capiendo trebellianicam non facto inuentario ſub generali nomine falcidie prohibitam cum falcidia a falce dicta ſit generale nomen trebellianicam comprehendens ut not.in auct.unde ſi parens.C.de inoffici.teſta.& dicit Bal.conſi.xcix.ſuper primo quæſito uol.iiii.ibi etiam affirmat hanc partem eſſe ueram de iure quanuis ut ſubiicit de conſuetudine inducta per errorem opinionum cõmuniter ſeruetur contrarium idem in.l.cum tale.§.i.ff.de condi.& demon.pro quo motiuo uide in ſimili Abb.in
2 c.coram col.ii.de reſti.in integ.quod in petenda † reſtitutione principaliter requirente ſpeciale mandatum ſufficit ſpeciale ſub uerborum generalitate comprehenſum de quo dico in deciſ.incipiente dubitaui in una Caurien. item quia.l.marcellus.§.quod autem.ff.ad trebelli.pariſicat ut ceſſet trebellianica in caſibus quibus ceſſat falcidia & hoc argumento utuntur Bar.& alii in.d.auct.ſed cum teſtator ſuper illo articulo an trebellianica poſſit a teſtatore prohiberi item quia ſimiles ſunt.§.ſed quia inſti.de fideicõ.here.& no.glo.in uerbo ſubſtitutus in.d.§. ſin uero expreſſiſſet & quia tex.d.auct.uult quod non fa
3 ciens † inuentarium compleat de ſuo legatarios & ſi

deicommiſſarios,nomine autem fideicommiſſi de pro⸗
prietate ſermonis uidetur cõtineri tam particulare quam
uniuerſale & ſunt equiparata.l.ſi ſeruum.§.ſi inſtitutus.ff.
4 ſi quis omiſ.cau.teſta.& quia heres † tenetur uniuerſali
fideicommiſſario rationem reddere ergo inuentarium
conficere quod eſt exordium rationis.l.i.§.officio.ff.de
tutel.& rati.diſtra.& per iſta & alia motiua hoc tenent
Old.conſi.cxxxiiii.ſatis credo Bar.conſi.li.in nomine do
mini amen.Bonauẽtura &.ccxxxiiii.lena matarelli Pau.
de caſt.in.d.l.cum tale ubi etiam Imo.iſtud no.ad perdi⸗
tionem Trebellianice Roma.in auc.ſimiliter.C.ad.l.fal⸗
ci.Alber.galeottus in ſua margarita in ru.ad trebelliani⸗
ca Cuma.in.d.§. quod autem & in.d.l.cum tale & in
conſil.cxii.uiſo tenore compromiſſi & Fulgo.conſi.xli.
caſus talis col.ult.ac.lxxxvii.proponitur &.xcvi.pro de⸗
ciſione poſt prin.quos refert & ſequitur Corſett.in tract.
de pote.regia ac materia trebellianice.q.lxxiii.fol.xxiii.
in fi.aſſerens hanc opinionem uideri magis communem
ad idem Ang.de aret.in.§.pen.inſti.de here.qua.& diffe.
col.ulti.& in.d.§.ſed quia per tex.quem poſt alios pon⸗
derat in allegata auct.in uer.illo adiecto ut citentur lega⸗
tarii & fideicommiſſarii ne eis nocumentum fiat qui uide
tur magis loqui de uniuerſalibus quam particularibus cũ
præiudicari poſſet ſi inuentarium non fieret pro qua con
ſideratione facit ratio in uer.ſi uero non fecerit iux.glo.in
uerbo creditoribus item quia ratio prohibitionis falci⸗
die eſt præſumptio quod tantum heres ſubtraxerit quan
tum ualet falcidia quæ militat etiã in trebellianica inquit
Bal.in.d.conſi.xcix.& ſecundum hanc partem atteſtatur
ipſe Ang.in.d.§.eo patrocinante Ferrarie fuiſſe iudicatũ
& quod eam tenent Pet.in.d.auct.ſed cum teſtator Flor.
& Imo.in.d.l. marcellus & Ang.in.l.i.§.hæc ſtipulatio
.ff. ſi cui pluſquam per.l.falci.quam etiam ſequitur So⸗
cy.in conſulendo & iudicando in.d.§. quod autem ad⸗
uerte quia ratio præſumpte ſubtractionis malignitatis ac
inobedientie legis de qua in.d.uer.ſi uero cum ſit ſcripta

in lege uel unica quando ſcripta non eſſet fortiter aſtrin-
git pro affirmatiua data enim rationis indemptitate &
ſimilitudine in trebellianica etiam penalis conſtitutio ex-
tenditur ſiue dicatur interpretatio ſiue extenſio uel in-
cluſo ex tacita mente legis prout iura & doct.diuerſimo
de loquũtur nam de ui comprehenſiua eſt ſingularis tex.
quem nunquam tradas obliuioni in.l. libertum.§.ſena-
tuſconſulti.ff.de rit.nupti.de qua etiam Iaſ.in auct.quas
actiones col.vii.C. de ſacro ſanct.eccleſiis & de ea ac
aliis modis in cle.i.iux.glo.in uerbo eligatur de elect.&
glo.pen.c.ſi poſtquam eo.ti.& in.c.i. in uerbo italie de
tempo.ordi.in.vi.& Abb. in prohe.decret.col.iiii.& in
repetitione.c.extirpande.§.qui uero uer.quæro certum
eſt.xxiii.de præben.facit glo.in.l.ii.in uerbo ſed hoc de
hiis qui no.infa.& in.l.ſi conſtante in prin.ff.ſol.matr.de
unica ratione eſt glo.in.l. quanuis.C. de fideicom. item
5 in exorbitantibus etiam fit extenſio† data idemptitate ad
caſus qui inſpecta lata ſignificatione uocabuli compre-
hendi poſſunt ſecundum Alex.qui plura cumulat in.l.
filiusfamilias.§.diui.col.vii.ff. de lega.i.& per hoc ſile-
rent fundamenta negatiue item ex eo quoniam, ſuppo-
ſita equiparatione falcidie & trebellianice per.d.§. quod
autem allegatus.§. ſinautem extenditur per ipſum.§. ꝙ
autem ſicut per.l.ut tantum.ff.de ſer.cor.quæ eſt antiqua
extenditur.l.ſi quis ſeruo poſterior.C.de fur.ut no.ibi.&
in.l.quod uero.ff. de legi. & per Bar.in.d.l.ſi conſtante
col.v.in.vii.q.i.partis, noua nanqꝫ diſpoſitio ſuperue-
niens in uno ex equiperatis etiam limitatoria aut penalis
locum habet in alio propter equiparationem ut in dictis
locis & per legiſtas in.l.ii.ff. de lega.i.ac per Abb.in.c.ii.
colum.pen. de mut. peti. & in.c. de multa. colum.v.de
6 præben.ſed pro negatiua fuit concluſum quam † Roſr.
in tit.de trebellianica & Iac. de belui.in.d.§. hinc nobis
tenuerunt quos refert & ſequitur Io.an.in additiõe ſpec.
de inſtru.edi.ſuper uerbo fecerit Ange.in.d.§. ſin uero
expreſſum & in.d.auct.ſed cum teſtator ubi etiam Bar.

in lec.& in conſi.ii. domino Ioanni quicquid uariando dixerit in aliis conſiliis ſupra adductis pro affismatiua aſ firmat ita ſeruari communiter & in.d.l.marcellus in prin. q.ulti.& Imo.qui uidetur ceſpitare in.d.l.§.i.& ſe remit tit nihil firmando in.d.l.cum tale.§.i. tenet hanc partem tanquam communem in.d.§.hæc ſtipulatio col.pen.refe rens quod eã tenebat Franc.de campo.eius præceptor in.d.auct.ſed cum teſtator Alex. etiam in.d.l. marcellus & in conſi.xxix.perſpectis col.ii.uol.v. iſtam aſſerit eſſe ueriorem & communiorem quam ſequutus eſt Dy.ut re fert Bal.in.d.conſi.xcix.& Io.de ana.conſil.lxi.ut refert Corſett.in allegato tract.ac Pau.de caſt.conſi.clxii.alias clxiii.uiſa facti narratione & Oldr.in.l.fin.C. de iur.deli. prout Corſett.ubi ſupra & Alex.in.d.l. marcellus refe runt Ric.etiam malumb.quem Cy.arguendo pro nega tiua adducit in.d.auct.ſed cum teſtator & Bal.qui uidea tur in.l.filium quem habentem col.x.uerſi. item quæro .C.fa.herci.principium negatiue fundamentum eſt quod a iure conceditur trebellianica quę non reperitur expreſ ſe prohibita omiſſo inuentario,inquit Bal.in.d.cõſi.xcix. noſtra ergo non eſt extendere ut infra patebit minus cor rigere.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſol.mat.l.præcipimus in fin. .C.de appella.præcipue in penalibus.l. interpreta.ff. de pe.& regule odia de reg.iur.in.vi.in quibus non eſt ſuffi ciens uerbi generalitas cum inſpiciatur proprietas & ſtri cta natura uocabuli.l.iii.§.hæc uerba el.ii.ff.de nego.ge ſta.&.c.in noſtra de iniur.per extenſionem ut eſt ſecun dum Ang.in.d.§.ſin uero expreſſum quod appellatione falcidie ueniat trebellianica per quam non inducitur le
7 gum correctio item in trebellianica † improprie uenit ap pellatione falcidie ſecundum glo.in.d.auct. unde ſi pa rens nec ſimilitudo generis.eſt ſatis aut ſecundum quid in caſu & caſibus facta cum requiratur ſimplex ſeu indi uiduo aut quod ſit eadem cauſa in eo ſeu ad id ad quod ſit comparatio ex quo ꝙ ultra non prætendit fimbrias & omnino ſilet data diſſimilitudine.cap. translato & ibi

Abb.de conſti.& in prohemio decret.col.vii.ac Fely.in c.capitulum de reſcrip.col.ii.& in equiparatis neceſſe eſt ſint omnino ſimilia ſaltem in caſu equiparato abſq; disſi militudine ut ſupra aut correlatiua uel per uiam genera lis regulæ alias asſimilata ſecũdum Bar.in.d.l.ii.& Abb. in.d.conſi.ii.& tamẽ plures ſunt inter falcidiam & trebel lianicam differentiæ quas colligere eſſet laborioſum ſuffi ciat.l.in quartam.ff.ad.l.falci.& diuerſitas quæ ex dicen dis patebit nec ſecundũ Imo.in.d.§.hæc ſtipulatio Alex. in.d.conſi.xxix.Bal.in.d.l.filium quem habentem ratio uidetur eadem ex eo quod inuentarium fieri debet ut ap pareant res hereditarie & non eſt tanta præſumptio oc caſione trebellianice quam ſcit heres ſe poſſe omnino detrahere quanta ratione falcidie in qua a prin.non ca dit huiuſmodi certitudo nimirum ſi quo ad falcidiã ma gis uidetur degenerare prçſumptio & propterea potius fuit in ea prouidendum cum res particulares occultari poſſunt non ius uniuerſale cum nec minui poteſt licet ad hoc ultimum pertinenter contra negatiuam reſpondeat Bal.in.d.conſi.xcix.quod licet ius intellectuale nequeat ſubtrahi poſſunt tamen mobilia occultari propter quæ fuit occurrendum ex quo iura fiunt rebus non uerbis.l. ii.in fi.C.co.de lega.&.c.commiſſa.de elect.in.vi. Quo uero ad illud de ceſſatione falcidie dicit Bar.in.d.l.mar cellus & Bal.in.d.l.filium quem habentem q; ſi ceſſat iu dicio teſtatoris tunc & trebellianica quia ex eadem cau ſa & potentia procedens ſecus ſi ex alia extrinſecus ſci licet ratione delicti in omittendo confectionem inuenta rii & illud quod heres teneatur de ſuo complere fideicõ miſſarios proprie non cadit in uniuerſali fideicommiſſo ex quo ſemp ſolui poteſt de hereditate ait Imo.in.d.§. hæc ſtipulatio & Alex.in.d.l.marcellus & in.d.cõſi.xxix ex pluribus demonſtrat quod tex.in corpore.d.auct.pro prie loquatur de particulari patet etiam quod ſicut inter legata & fideicommiſſa per omnia quod eſt fortius ade quata.l.i.ff.de lega.i.ſunt plures differentiæ de quibus

per glo.& doct.ibi ita inter fideicommiſſa particularia & uniuerſalia demonſtratur ex diuerſitate nominũ coniuncta cum diuerſitate titulorũ ex qua diuerſificãtur effectus ad.l.ſi idem cum ibi no.p doct.C.de condi.& in.l.ſi quis omiſſa.ff.ſi quis omiſſ.cau.reſt.q̃ legem Alex.in.d.l.marcellus inducit ad oſtendendum ꝙ legata particularia ex quibus deducitur falcidia non ſunt regulariter equiparata fideicommiſſo uniuerſali nec econuerſo ſed particulari preterea ubiq; tex.& pluries repetit de falcidia & nunq̃ dicit de trebellianica quæ geminatio ad totiens replicata maiorem & præciſam deliberationem inquiditate ſermonis arguit.l.cum ſcimus & ibi Bar.de agri.& cenſi.lib.xi. & in.l.i.C.de plus peti.facit.l.baliſta.cũ ibi not.ff.ad trebelli.& in.c.raynaldus de teſt.circa finem ibi cum inuentarium fecerit etiam ſi a contrario ſenſu ſumeretur argumentũ loquitur tex.in falcidia non in trebellianica ut glo. ibidem no.& Bal.in.d.l.filium quem habentem ſi quidẽ de trebellianica intellexiſſet dixiſſet.c.ad audientiam de deci.nec nos ergo dicamus.l.illã.C. de coll.& remaneat in diſpoſitione iuris expresſi ꝑmittentis detrahi.l.ſi cum dotem ſol.matr.l.cõmodisſime.ff.de libe.& poſth.neq; enim debemus nec poſſumus ſpecialem penam inducere quæ a iure non ſit impoſita tex.eſt notabilis in auc.de non ei.ſe.nuben.§.cum igitur uer.ſinautem ibi.nec quælibet eſt lex aliquid tale dicens col.i.& glo.cõmuniter approbata in.c.ſi.de iur.patro.& ibi Abb.& in.c.quærelam de iureiur.col.iii.& quando in certo caſu prout in falcidia eſt aliqua impoſita non eſt alia nec in alio caſu ut in trebellianica imponenda niſi ꝑ habentem poteſtatis plenitudinem optima eſt glo.in.c.bone el.ii.de elect.Abb. in.c.cũ uenerabilis de excep.Alex.cõſi.ciii.ca.col.i.uol. & ꝑ tex.in.d.§.cũ igitur no.Bal.in auct.ſed cũ teſtator.C. de ſecun.nup.col.iii.ꝙ non inducit aliqua priuatio q̃ non ſit lege cauta igitur nec heres trebellianica priuandus nec ualet conſequentia citari debet fideicõmiſſarius utilis & ei tenetur heres reddere rationem ergo conficere inuen-

tarium alias pena falcidie ſe extendet ad trebellianicā uel ſuccedet quia idem eſt in creditore & legatario ad pias cauſas contra quos quarta non detrahitur.l. non hoc.C. un.legiti.c.in præſentia de proba.Ita Ang.in.d.§. fin uero expreſſum Imo.in.§. hæc ſtipulatio, & Alex.in.d.l. marcellus, maxime quia uerba non conueniunt trebellianice in indiuiduo ſumpte in hac ſtrictisſima materia correctoria & penali ergo nec mens.l.hos accuſare.§.in omnibus de accuſa.&.l.iiii.§.totiens.ff.de dam.infect.ad alia motiua pro affirmatiua ponderata reſponde ut per Bar. & Alex.in.d.l.marcellus, & per alios tenentes negatiuam in locis allegatis, & ad conſiderationem de cauſa expreſſa ſubtractionis uidetur reſponſum ſuppoſito quod non ſit per omnia eadem ratio, ſecundo dicas
8 quod in correctoriis † etiam data rationis identitate non ſit extenſio auct.quas actiones cum ibi not.C.de ſacro ſan.eccle.etiam ſi ſit in.l.expreſſa ratio quando ſunt correctoria penalia, ut in propoſito per tex.ſingularem iuncta glo.in uerbo in eiſdem in cle.ii.de eta.& qualit.quem ad hoc magnifacit Alex.in.d.l.ſi conſtante col.iii.& eandem glo.ut ſingularem allegat Abb.in prohe. decreta. col.vi.quanuis arguat pro & contra, & non uideatur firmare pedes facit conſilio Abb.ix.uol.ii.& dictum Inno. in.c.ſedes de reſcrip.Ibi adductum ꝙ in materia reſtringibili appellatione clericorum non ueniunt canonici licet pro ueritate non deſinant eſſe clerici, ſuper iſto paſſu eſſet ulterius inſiſtendum cum amplisſima ſit extenſionis materia, ſed quia deciſio eſt ſatis grauata ulterius nō progrediat quanuis ex hinc inde adductis non procedat ſine dubio, & quia opiniones uarie doctorum faciunt rē ambiguam inquit Bar.in.l.qui rome.§.duo fratres col.iii.ff. de uer.obli.Abb.in.c.paſtoralis in prin. de reſcript.& in c.i.de re iudi.col.iii.Item quia deſuper uariat Oldr.Bal. Bar.& Pau.de caſt.& Ang.ac Imo.qui in.d.§.hæc ſtipulatio ſequitur negatiuam nit tene quanuis Ang.etiam de aret.in allegato.§.pe.& Socy.in.d.§.quod autem ibi te

nent affirmatiuam inquiunt cogitandũ eſſe,plures tamen hodie ex allegatis hæc uidentur eſſe pro affirmatiua,ſed pro negatiua & concluſione facit auctoritas Io.an.& ſequacium in paritate præponderans quæ etiam in uia iudicii eſt ſecurior & magis pia nihilominus indigeret declaratione principis,ut dicit.d.§.in uerbo.in eiſdem in fi. & plures aliæ glo.in.vi.& cle.in pluribus dubiis caſibus idem dicunt & eſſet expediens.

Quartæ deciſ.de teſta.Summarium.

Vtrum trebellianica etiam in filiis primi gradus poſſit prohiberi.

Epithome.

1 Trebellianica an in filiis primi gradus prohiberi poſſit.

Quarta deciſio.

1 VTrũ trebellianica † in filiis ẽt primi gradus potuerit prohiberi in una Roman.hereditatis de buſalis 1514.corã me fuit dubitatũ & opiniones erant uarie licet maior pars inclinaret in affirmatiuã,ſed cauſa fuit ſopita ꝑ concordiã,nã glo.in auct.ſed cũ teſtator.C.ad.l.falci.tenet negatiuã ꝗ præcipue in filiis primi gradus multi ſequuntur,ſed ibi uideantur docto.pro affirmatiua & in.l.iubemus.C.ad trebelli.in.l.nemo poteſt de leg.i. Alex.in.l.marcellus in prin.v.col.ff.ad trebelli.& conſil. xxix.perſpectis.v.vol.ubi hoc dicit magis cõmuniter teneri,& Phil.cor.conſi.xxii.in hac conſultatione col.ix.ac Corſett.in tracta.de trebellianica in primo dubio.

De ſucceſ.ab inteſta.

Vnice deciſ.de ſucceſ.ab inteſta.Summarium.

Ad ſucceſsionem matris ab inteſtato primo uocantur filii vulgo quæſiti.Item naturales tantum non exſtãtibus legitimis & naturalibus q̃ auus & auia uel ſic ne dum filii legitimi & naturales,ſed etiam vulgo quæſiti & natura- les tantum excludunt aſcẽdentes in ſucceſsione matris in teſtate etiam a legitima.

Epithome.

1 Filia naturalis tantum dummodo non ex damnatu coitu ſuccedit matri excluſa auia ẽt quoad legitimã,& nu.3.
2 Solutus cum ſoluta de iure ciuili licite fornicantur.

Vnica deciſio.



DIANA mater naturalis & legitima imperie inteſtate defun- ƈte uendicabat eiuſdẽ a Lucre ia filia imperie extra matrimoniũ procreta tanq̃ eſſet inſuc- ceſsibilis matri,nec filia nominãda in auc.ex cõplexu, & ibi glo.C.de ince.nupti.&in auc. qui.mo.nat.effi.ſui.§.fi.col.vii ſi uero nata ꝓbaretur ex com- plexu ciuili lege nõ damnato petebat legitimã in bonis imperie.l.i.&.l.nã & ſi parẽtibus.ff. de inoffi.teſt.in auƈt. de trien.& ſemi.in prin.uer.hoc obſeruando iunƈta glo. col.iii.& no.in auc.nouiſsima.C.de inoffi.teſt.nã ex teſtamento debetur quarta parentibus niſi ex iuſta cauſa ex- heredẽtur auc.in teſt.C.ad tertull.uer℞ qa ex ꝓbationib.
1 nõ cõſtitit fuiſſe natã ex coitu dãnato uel inceſtus † adulterii nefarii,& ſimilis,ſed magis innotuit fuiſſe vulgo quæ- ſitam concluſit palatium Lucretiam matri ſucceſsibilem per tex.in.§.nouiſsime inſti.de ſenat.orphi.&.l.hac par- te un.cogna.&.l.i.§.ſed & vulgo quæſiti.ff.ad tert.&.l.ſi qua Illuſtris a contrario ſenſu ſeu per locum a ſpeciali

.C.eo.ti.ſuppoſito quod imperia non fuit illuſtris idem ſi fuiſſet naturalis tantum & no.glo.d.§.nouisſime & facit.d.l.ſi qua illuſtris,& ibi etiam glo.iura autem primo loco adducta procedunt in coitu damnato & lege impe
2 riali qnoniam † complexus inter ſolutum & ſolutam nõ reprobatur a iure ciuili,ut.l.i.C.de adulte.bene a canonica quæ tamen benigne prouidet omnibus de alimentis c.cum haberet de eo qui dux.in ma.quam poll.per adulte.quæ per heredem extraneum filio naturali teſtatoris ſunt præſtanda inquit Bal.in auct.licet.C.de natura.libe.
3 Tenuit etiam † palatium Diane non deberi legitimam quia prima cauſa in ſuccesſione eſt filiorum in auc.de here.ab inteſta.colum.ix.in princ.& auc.ceſſante.C.de legit.here.ergo excluditur in totum ad hoc text.in.l.i.C.ad orphi.ubi filia admittitur in totum excluſa matre & ſenatuſconſultum ita admittit vulgo quæſitam ſicut legitimam & naturalem,ut in.d.§.nouisſime & Iac.Butr.Bar.Saly.& cõmuniter doct.in.d.l.ſi qua Illuſtris & Nico.de ubal.auditor Rote in tract.de ſucceſ.ab inteſtato vi.char.ibi circa ſecundam liberorum ſpeciem dicit ꝙ tales naturales filii ſuccedunt in uniuerſo ſicut filii legitimi & naturales etiam ſi cum ipſis concurrerent p.d.l.ſi qua illuſtris naturales autem & legitimi excludunt auiam per d.l.i.ergo & vulgo quæſiti non ob.tex.in.d.auc.licet qa diſponit in patre decedente ſine ſobole ciuili quo caſu uult quod ab inteſtato naturalis posſit ſuccedere in duas uncias duntaxat quin aut cum tali ſobole naturalis nihil habet,ſed tantum paſci debet prout ibi dicit Saly.& principium loquitur etiam ex teſtamento patris non matris.Ratio differentiæ eſt quia mater eſt certa etiam ſi vulgo conceperit Pater uero non niſi quem nuptie demonſtrant.l.quia ſemper.ff.de in ius uocan.iuxta.l.filium cũ diffinimus.ff.de hiis qui ſunt ſui uel alieni iuris & .l.mulier.§.defuncte.ff.de adulte. Ideo glo.in.d.§.nouiſſime dicit quod quando ſumus in procreato ex coitu nõ damnato lege ceſarea filius ſuccedit matri non patri cum

ſit inceſtus, ut.§. vulgo quæſitos inſti. de ſucceſ.cogna. Nam & ſi habet certum patrem naturalem non tamen ſuccedit niſi in duabus unciis,ut eſt dictum, ita in tutela ſi concurrant pater naturalis tantum cum matre præfer tur mater.l.fin.C.quando muli.tut.offi.fungi.poſſ.quem ad modum in ſucceſsione per iura allegata mater ſucce dit ſimpliciter non ſicut pater in duabus unciis ſecundum Bar.in.l.ſi quis ſub conditione.iiii.col.ff.de teſta.tute.un de quo ad caſum deciſionis iura ſupra adducta non ſunt correcta nec ſubeſt ratio quod debuerint corrigi.aut ſal tem expreſſa correctio non apparet igitur &c.l.ſancimus de teſta.&.l.præcipimus in fi.C.de appel.& contra Dia nam matrem & auiam reſpectiue in hiis indicauit domi nus Iaco.ſimonetta.1521.cuius ſententiam eodem anno confirmaui.

De iure patronatus.

Prime deciſ.de iure patronatus.Summarium.

In iure patronatu reſeruato illis de genere fundatoris ſuccedunt,& ueniunt deſcendentes ex femina & femina etiam priuata non exiſtens in dignitate eſt capax iuris pa tronatus & præſentandi.

Epithome.

1 Poſteris relictum priuilegium an extendatur ad natos ex feminis.
2 Feminæ in conſtitutionibus uel teſtamentis ſub quibus uerbis comprehendantur.
3 Iuſpatronatus reſeruatum illis de genere teſtatoris exten ditur ad deſcendentes ex femina.
4 Femina priuata etiam ꝙ non ſit in dignitate eſt capax iu riſpatronatus.

Prima deciſio.

RELICTVM erat iuſpatronatus pro
ximioribus de genere fundatoris cõ
cluſum fuit quod deficientib maſcu
lis ꝓut cõtigerat in facto deſcẽdenti
bus ex feminis poſſent præſentare,
nã ꝗuis ꝓprie nõ dicebãtur de gene
re nec priuilegium cõceſſum tibi &
1 poſteris † tuis uel tuo generi exten-
dantur ad natos ex feminis,ut in.l.i.§.perſonas.ff. de iur.
immu.& ibi Bar.& Alex.in addi.& Dy.in regula priuile
giũ pſonale de reg.iur.in.vi.& plura cumulet Fely.in.c.
nouit de iudi.i.col. nihilominus ex ſtilo curie nobilitas
ex utroq; parente eſt in conſideratione.ut dicit Nico.&
Vbal.in tract.de ſucceſ.ab inteſta.xv.fol.ſecundum Fely.
in.d.c.allegat.c.uenerabilis de præben.& ſaltem late &
large poteſt dici & participare de genere & nobilitate,
ut ſubiicit & ſumus infauorabilibus in quibus femina cõ
prehenditur q̃ alias nõ ueniret, ut dicit glo.in.c.generali
de elect.in.vi.cum etiam in odioſis fiat extenſio alias cõ
prehenſio ex rationis idemptitate quando ſublaa ſignifi-
catione uocabuli continetur cle.i.cũ glo.de elect.& glo.
in.c.i.de tempo.ordi.in.vi.& ad ſtilum reſpexit Rota, &
2 qa † in ſucceſsionibus deſcendentes ex feminis ueniunt
ſecundũ Alex.in.d.additione.l.genereliter.§.cũ aũt de in
ſti.& ſubſti.ſub cõdi.facti.l.cum acutisſimi.C.de fideicõ-
miſ.&.l.cũ auus.ff.de cõdi.& demon.cũ ibi no.q Alex.
ibidẽ ponit idẽ eſſe de uerbo generatiõi quod de uerbo
generi ſub uerbo tamen ſobolis & prolis refert feminas
uenire,ut probatur in.l.i.ſolu.matri.in.l.v.de natu.libe.&
.l.fi.de bono.præſcrip.ac.l.i.C.ne rei domi.uel temp.&
quod ueniunt ſub uerbo prolis omnes qui appellatio-
ne familiæ comprehenduntur.l.officiales & auct.ſtatui-
mus.C.de epiſ.& cleri.& ſub uerbo genti tuæ ueniunt
agnati & coguati ſecundum glo.notabilem in materia in
.l.i.ff.de proba.uerbum autem progenies comprehen-
dit omnes deſcendentes ex maſculina tantum,ut proba-

tur in.l.fi.& ibi Bal.C.de emanci.libe.&.l.fi.& ibi etiam Bal.C.de dot.pro.iuxta.l.dedit dotem.ff. de colla.bo-
3 no.& in.d.addi.per eundem latius in patronatu † reſeruato filio & deſcendentibus ab eo maſculis ueniunt femine heredes ſeu ſuccedentes licet non deſcendant a filio ſecundum Anch.conſi.lxxxi.ad idem ſi edificans patronus moriatur relicta filia femina herede qui reliquerat patronatum fratribus & deſcēdentibus maſculis &c. Cal.in conſi.iiii.de iure patronatus & hæc conſilia bene faciunt ad deciſionem q̃ etiam coadiuuat conſuetudo in
4 pluribus locis item hæc alia concluſio quod femina † & priuata mulier etiam non exiſtens in dignitate eſt capax iuris patronatus & præſentandi & tranſit in femina tale ius,Ita Io.an.in.c.nobis de iurepatrona.& in.d.c,generali,& Cal.conſi.i.de iure patrona.probatur in.c.fi.de conceſ.præben.ubi etiam hoc tenet Abb.qui dicit ſe non legiſſe in alio tex.de priuata muliere & refert Rotam in quadã deciſione.Ita ſentire & facit tex.iuncta glo.c.quoniam inueſtituras.xvi.q.vii.& heredes maſculi & feminæ pariter ſuccedunt in iure patronatus ſecundum docto.in cle.ii.de iure patrona.& ſatis eſt, quod iure non prohibeatur,ita Abb.etiam in.c.dilecto de teſti.& in.c.i.de iure patrona.& quod ius patronatus,ita competat feminæ ſicut maſculo proſequitur Roch.in iſto tracta.ſuper uerbo competens alicui in.i.q.& ibi etiam hoc tenet quando competeret uniuerſitati idem ſi cõpeteret illis de parentela & feminæ non ſint nupte extra parentelã uel nõdũ ſunt nupte ſi uero fuerint nupte extra parentelã depẽdet ad hoc an femina nupta dicatur de domo aut de parentela patris ſui de quo in locis remiſsis per eum procedit autem ſi femina erit heres ut in uerbo ipſe uel is a quo in.vi.q.firmat ſalua ubiq; conſuetudine.

Secundæ deciſ.de iure patrona.Summarium.

Præſentatus ab uno ex duobus patronis ſeu ab omni

bus qui ei ſucceſſerunt non præfertur præſentato a maio ri parte eorum qui ſucceſſerunt alteri patrono licet minor pars alterius etiam pręſentauerit eũ, ſed habent ius æqua le meretur tamen gratificationem data alias paritate.

Epithome.

1 Maior pars alicuius collegii aliquid faciẽs an dicatur ab omnibus de collegio factum.

Secunda deciſio.

SVppoſita hodie pro uera ſentẽtia quod in patrona tu plures ab uno deſcendentes ſuccendant in ſtirpes non in capita unius loco habeantur pro cle.ii. de iu re patrona. ſecundum glo. ibi Abb. Car. & cæteros poſt Inno. qui ita tenuerant ante. d. cle. licet tunc tres deſuper eſſent opiniones quas refert Roch. in tracta. de iure pa tro. in uerbo ipſe uel is a quo cauſam habuit. ii. q. i. col. fuit dubitatum in una Piſana corã domino Nicolao de aretio an deberet præferri pręſentatus ab altero ex patro
1 nis ei qui erat præſentatus † ab octo ex decẽ qui ſucceſ ſerant alteri patrono attento quod duo ex dictis decem etiam præſentauerant ipſum & ſic ſuperabant præſenta tum ab octo tantum cum non haberet unam integrã uo cem uel an eſſent pares quaſi quilibet haberet unam inte gram uocem, & concluſum quod habebant ius æquale taliter quod magis idoneus ueniebat præferendus alias in omni paritate erat locus gratificationi fundamentum fuit in eo ꝙ dixit Car. in. d. cle. ii. q. circa fi. quod uox illo rum decem erat apud maiorem partem, & de ſuffragio minoris aut præſentatione non eſt curandum ad idem Abb. in. c. paſtoralis in prin. ulti. col. de reſcript. dum ait quod unus ex pluribus de eodem corpore pro nihilo re putatur quãdo maior pars illius corporis ſeu reſcripti re mãſit in cõtradictione ad hoc Io. an. c. a collatiõe de ap pella.

pella.in.vi. dicens quod ſi duo corpora habent facere actum & unum cōcordat & habet perſonam alterius cor poris per hoc non obtinebat ex quo uox alterius corpo
2 ris eſt apud maiorem partem cum factum † a maiori par te perinde habeatur ac ſi omnes egiſſent.l. quod maior .ff.ad municip.quinimmo uoluit glo.in.c.non poteſt de re iudi.& cum ea Car.ibi quod factum a maiori parte di citur concorditer factum,quando actus explicatur a plu ribus ut a collegio q̄uis Abb.ibi contra & But.in.c.dile-ctus de tempo.ordi.& idem Abb.ꝙ non dicatur factum unanimiter ſi unus ſolum contradicat in.c. cum eccleſia ſutrina de cau.poſ.& proprie in notabilibus pro glo.ta-men eſt tex.in.l.duo ex tribus.ff.de re iudi.ibi quid enim minus uerum eſt omnes iudicaſſe ubi uerba notant ueri-tatem non fictionem ad ea quæ Bar.tradit in.l.ſi is qui pro emptore.ff.de uſuca.niſi pro opinione But.& Abb. dicamus uerum eſſe omnes iudicaſſe,ſed non concordi-ter uno contradicente,quia lex acceptat quo ad effectum iuris iudicium maioris partis, ſed hoc non eſt præſentis ſpeculationis ſuper quo tamen in recollectis pro & con-tra quædam annotaui non ob.deciſioni ꝙ uoluit Hoſt. in.c.poſtulaſti de conce.præben.& Fede.de ſen.conſil.i. &.ccxxii.quia fuit reſponſum opinionem Hoſt.non eſſe ueram & reprobatam per Io.and.in.d.c. a collatione,& communiter per alios quos refert Fely.in.d.c.paſtoralis in princ.ulti.colum.& ut commune contra Hoſt.firmat Roch.in.d.q.ii.ulti.col.quod dicit notandum quia mul-tos uidit errare Fede.uero referens opinionem Hoſt.nō figit pedes q̄n potius ſentit quod eſſet impugnari & ma-gis uidetur facere pro q̄ contra ſicut Io.and.in.d.c.a col-latione poſt prin.Innuit & ſi teneret cum Hoſt.non bene ut ſupra,in propoſito autem præſentare competit pluri-bus tanq̄ uni & militat eadem ratio ac ſi competeret plu ribus ut collegio ſecundum Roch.in.d.loco.& ita gra-tificando pronunciauit do.Nicolaus de aretio.1519.& dominus Iacobus ſimonetta dixit Rotā eodē modo iu-

dicaſſe in alia cauſa dum ipſe eſſet aduocatus & defenderet opinionē Hoſt. ſi uero eſſent plures uniuerſitates quæ haberēt iuſpatronatus quælibet habetur loco unius ſingularis perſonæ, & attenditur maior pars cuiuſq; uniuerſitatis ad illam uocem perficiendam, ut Koch. in. vi. q. ibi.

Tertiæ deciſ. de iure patronat. Summarium.

Conſenſus patroni non requiritur neceſſario in alienatione rerum eccleſiæ patronate aut diſmembratione decimarum licet ex cauſa poſſet contradicere.

Epithome.

1 Patroni an ſint uocandi in diſmembratione ſeu alienatione rerum eccleſiaſticarum.
2 Alimenta debent præſtari patronis eccleſiarum in euentū indigentie.
3 Honor eſt commodo perferendus.
4 Epiſcopus non poteſt eccleſiam patronatam facere collegiatam nec cathedralem inuito domino.

Tertia deciſio.

DIſmembrauerat Papa decimas quaſdam ab eccleſia ſancti Stephani Bayonen. dioce. & applicauerat Vicario & beneficiatis uillenoue de centeria quam diſmembrationem Rector ſancti Stephani & par
1 rochiani patroni impugnabant ex † quo de patronis nihil dicebat nec ipſi conſenſerant, & quod omnes tangit debet ab omnibus approbari. l. fi. C. de auct. præſtan. c. ad hæc de offi. arch. regula q̄ omnes de reg. iur. in. vi. & q̄a in dubio princeps nemini uidetur præiudicare. l. ii. §. merito, cum ſe. ff. ne quid in lo. pub. l. nec auus. C. de emanci. c. ſuper eo de offi. deleg. Nec dubium quin ſi ualeret præiudicaretur patronis quorum intereſt bona cōſeruari.

2 pro eccleſia patronata ne dum reſpectu †alimentorum quæ eis deberi poſſent ſi indigerent.c. nobis de iure patrona. & ibi de aliis competentibus patronis de quibus etiam Mil.in uerbo patronus ſi eſt clericus uerum etiam quia in defectum cogerentur de ſuo contribuere parrochiani ad refectionem eccleſiæ ſecundum Abb.poſt alios in.c. ad audientiam de eccleſi.edi.Item honorabilius ius com
3 petit patronis in pinguiori eccleſia & alias honor eſt †cōmodo præferendus.l.iulia.ff.ſi quis omiſ. cauſa teſt.ulte-
4 rius epiſcopus non poteſt † eccleſiam ſimpliciter facere collegiatam abſque conſenſu patroni ſecundum Bal.in.l. ſi quis præsbyterorum.C.de epiſco.& cler. neq; erigere in cathedralem ſecūdum Anch.in.c.cum inferior de mai. & obe.nec alteri unire ſecundum Pau.de eliaza.in cle.ne in agro.§.ad hæc de ſtat.mo.& Abb.poſt Inno.in.c.ſuggeſtum de iure patrona. Idem ſi uult auctorizare permutationi Cal.conſi.ii.de rer.permu.& per Fely. plenius de hiis in.c.cum acceſsiſſent de conſti.vii.colum.Sed concluſum fuit conſenſum patronorum non eſſe neceſſarium nec ad id patronos uocandos prout Inno.& Abb.firmant in.c.unico ut eccle.benefi.ſi.di.conſe.Ancha.conſi. cxxi.ex narratis ult.colum.dicens non eſſe iure cautum & quod ſolum debet inſpici intereſſe de preſenti non autem caſus & aduerſa fortune in futurum.l.inter ſtipulantē.§.ſacram.ff.de uerb. oblig.& Deci.conſi.clxxvii.& facit quod Lap.allegatione.xvii. non obſtat quòd in prouiſione beneficii eiuſmodi requiritur conſenſus, ut nota.in.c. ii.de præbend.in.vi.quia illud eſt proprium ius de præſenti & fructus ſiue eligere & conferre ut dicunt docto.in c.cum autem de iure patrona.& not.in.c.cum olim de mai.& obe.de honeſtate uero deberet requiri conſenſus in alienatione dicit Inno.in.d.c.unico & eſſet cautum.l. teſtamentum.C.de teſtamen. Nam poſſunt patroni ex cauſa contradicere & facere annullari ſecundum omnes in dictis locis quod eſt neceſſario intelligendum de alia cauſa & quidem iuſta quam de intereſſe ſuperius

deducto in primis fundamentis,& ita iudicauit do.Ioã. anto.de triuultiis in una Bayonen.decimarum.1520.ua⸗ luiſſe diſmembrationem.

Quartæ deciſ.de iure patronatus. Summarium.

Beneficia de iure patronatus clericorum ratione ec⸗ cleſiæ non patrimonii. Item laycorum ex conſuetudine uel præſcriptione cadunt ſub expectatiuis & aliis literis Pape licet de tale patronatu non dicant,idem ſi ex priui⸗ legio competat ſecundum magis communem ſententiã.

Epithome.

per eius intelligentia laboro in alia deciſione incipiente conſtitutionem Pauli ubi uideas. ad iſtam concluſionem etiam facit quod in alia fuit dictum coram domino Martino de ſpinoſa in una lunen. ſarzanen. & iudicatum incipit item. ı 516. quod cle. i. de ſequeſtra. poſſ. & furt. nõ iuuaret triennalem poſſeſſorem ſimoniacum ex eo quod iſte caſus excipitur in regula item quia non uidetur coloratus poſſeſſor ꝙ ſi ita eſt probat concluſionem quia titulus & poſſesſio colorata ad ſpolia agendum requirũtur iux. not. Inn. in. c. in literis de reſti. ſpoli. & in additione ad deciſionem. iii. de reſti. ſpoli. in no. ad hoc facit quod uoluit Car. contra Imo. in. c. niſi cum pridem de renunci. qđ
6 ſimoniacus † dicatur intruſus & opinionem Car. ſequitur Fely. in. c. in noſtra de reſcrip. in. ii. cor. in materia intruſionis ex qua arguitur ad ti. & poſſesſionem nõ coloratam de qua Abb. poſt alios in. d. c. cum noſtris de conceſ. prębend. in fin. & dicit Inno. in. d. c. niſi cum pridem in prin. quod ſimoniacus & intruſus ſunt fures. i. q. i. ordinationes nec habent titulum licet ſibi uideatur quod non debent dimittere eam poſſesſionem facti quam habent, ſine licentia & But. etiam uideatur ibi. ii. & . iii. col. ac Fely. in. c. inſinuatum circa ſi. de ſimon. & Mil. in uerbo ſimoniacus diſtinguentes.

Secundæ deciſ. de ſimo. Summarium.

Non eſt ſimoniacum mandatum ad reſignandum pure nec non petendum & obtinendũ de beneficiis reſignatis prouideri Alfonſo dummodo non ſit clauſula & nõ alias aliter nec alio modo quod etiam cum dicta clauſula & in fauorem certe perſone admittitur ſine uitio ſimoniæ ſi dicat quod in manibus Papæ.

Epithome.

1 Mandatum ad reſignandum pure necnon petendum &

obtinendum ꝙ alteri prouideatur ſimoniacum non exiſtit.

2 Verba petendum & obtinendum ſupplicationem & non neceſsitatem important.

3 Reſignatio in fauorem certe perſone eſt ſimoniaca licet ex ſtilo & certa ſcientia ac tollerantia Papæ uitium ſimoniæ purgetur.

4 Pape ſcientia & tollerantia in prohibitis ex conſtitutione canonica excuſat a uitio ſimoniæ.

5 Papa an poſsit uendere titulum beneficii ſine uitio ſimoniæ.

6 Clauſula non alias aliter nec alio modo in mãdato ad reſignandum neceſsitatem inducit.

7 Reſignatio ſiue mandatum ad reſignandum in manibus inferioris a Papa in fauorem certe perſone & nõ alias eſt ſimoniaca.

Secunda deciſio.

PRęualuit ſententia hæc in una coram domino Hu
1 gone de ſpina quod mandatum † nõ eſſet ſimonia cum in qua Ioannes madrigal conſtituerat procuratores ad reſignandum certa beneficia in manibus canonici eccleſiæ cathedralis uel alterius poteſtatem habentis uigore literarum facultatis pure libere & ſimpliciter nec non petendum & obtinendum de beneficiis reſignatis ꝓuideri Alfonſo tum quia dicitur de pura & libera ceſsio
2 ne tum quia uerba † petendum & obtinendum & ſimilia important ſupplicationem & nõ neceſsitant quod etiam coram ordinario fieri poteſt ex quo non cogitur Alfonſo prouidere ſi noluerit quod eſt notandum pro limitatione ſeu materia glo.in.c.ex parte prime de offi.delega.
3 quæ uult quod quando † in fauorem certe perſone ſit ſimonia licet in mandatis ad reſignãdum in manibus in fauorem certe perſone admittantur reſignationes ex ſtilo & certa ſcientia Pape ac tollerantia citra uitium ſimoniæ

& ad hoc uide quæ pono in illa deciſione incipiēte Car.
cibo cum ſimus in ſimonia inducta a iure poſitiuo & in ſi-
4 moniacis quia prohibitis hoc eſt † ex conſtitutione cano-
nica auctoritas & ſcientia Papæ excuſant uitium Hoſt.in
c.i.ne prę la.uices ſuas Io.an.in.c.i.de ſimo.nam Papam
non ligatur in hiis quibus ius poſitiuum ſimoniam indu-
cit & quæ dicuntur ſimoniaca quia ꝓhibita Car.& Butr.
in.d.c.i.de ſimo.cum potius faciat licitum quā alias eſſet
illicitum glo.in uerbo illicite in c.cum pridem ubi etiam
Inno. & alii de pact. tex.glo.& Abb.in.c. ad queſtiones
de rerum permuta.&.c.ex diligenti uer.uerum de ſimo.
Fely.in.c.de cetero col.fi. de re iudi. & in.c. ad audien-
tiam col.ii.iii.de reſcrip. ac Deci. conſi.cxli. ſecus ſi ſint
prohibita quia ſimoniaca, ut per eoſdem in dictis locis,
& in.d.c.ex parte licet uelit Abb. in repetitione.c. extir-
pande.§. qui uero in ult.q. contra Car.& alios qui dixe-
5 runt Papam † citra uitium ſimonie poſſe uendere titulum
beneficii cum tituli ſint de iure poſitiuo ꝙ Papa inuolua-
tur tali crimine ſi ipſius beneficii adminiſtratio & execu-
tio clauium poteſtatem ſeu altaris adminiſtrationes con-
cernat alias ſecus uideantur motiua ibi & rationes ad
utranqꝫ partem applicabiles per Io.an.in regula cui licet
in mercur.nō ob.quo ad primū quod uerba ad petendū
& obtinendum ſequebantur immediate poſt uerba pure
& ſimpliciter quaſi arguerent animum ſimoniacū & uo-
luntatem quo adiuuantem & inſeparabilem quia ineſſe
uidebantur.l. lecta uer. dicebam ſi cer. peta.l. continuus
ff.de uerbo.oblig.quia fuit dictum quod non ideo mi-
nus erat pura reſignatio & libertas conferendi & pro quo
6 fiebat petitio & inſtantia non neceſſitas niſi † fuiſſet clau-
ſula & non alias aliter nec alio modo uel ſimilis quo caſu
mandatum eſſet ſimoniacum & conditionatum ad reſi-
7 gnandum † in manibus inferioris a papa non in manibus
pape ut eſt dictum habent tamen quedam litere faculta-
tes reſignandi & permutandi hoc quod poſſint eas ha-
bentes reſignare & petere quod prouideatur nominan-

dis

dis per eos & quod aliis nequeant beneficia conferri, & in quibuſcunq; tenor inſpiciendus eſt.c.porro de priuile. cum ſimili.

De Vſuris.

Primæ deciſ.de uſuris Summarium.

Feneraticius præſumitur contractus ex modicitate prę cii & pacto de retrouendendo licet emptor. non ſit ſoli- tus fenerari.

Epithome.

1 Contractus ex modicitate precii & pacto de retrouendẽ- do feneraticius præſumitur abſq; eo ꝙ emens ſit ſoli- tus fenerari.

2 Extenſio in penalibus & correctoriis fit ex identitate ra- tionis quando imminet anime periculum.

3 Gloſe opinio quando ſit contra communem ſequenda.

Prima deciſio.

Contractus meo tempore ſemper in palatio fuit iudicatus feneraticius ſi cum modicitate precii concurrat pa- ctum de retrouendendo quanuis em-
1 ptor non ſit uſurarius † nec fenerari ſolitus, nam licet pactum de retrouẽ dendo lex non improbet.l.ii.C.de pact.inter empt.& uend. & prædicta nõ ſufficere uoluerunt Iaco.de areti.Cy.& Saly.l.emptio ne.C.plus ual.quod agi.Bal.c.i.de feu.da.inui. legis cõ- miſſo.rep. Anch.& Car.c.ad noſtram de empt.& uendi. Idem Car.cle.i.§.fi.q.xviii.de uſur.dicens ſecundũ Laud. ꝙ iure fori nihil poteſt peti, quoniam ex forma cõtractus

non eſt uſurarius etiam ſi iure poli poſſet ſibi fieri conſciẽ
tia.xvi.q.iiii.quicunq; tenet Io.and.c.illo uos de pigno,
ut refert Alex.conſi.cix.ult.colū.iiii.uolu.ubi aſſerit hanc
eſſe magis communem opinionem & præſertim quia cō
trarium non apparet iure cautum Car. Archid.c.pleriq;.
xiiii.q.iii.& Henr.boich.d.c.ad noſtram referant Ray.de
penaforte(qui ut puto fuit ille de quo Gregorius in pro-
hemio decret.ibi per fratrem Raymundū erat enim Bar
chinonen.dictus de penaforte & habetur Barchinone ꝓ
ſancto)tenere requiri ultra precii modicitatem quod ali-
quid ſoluatur ultra ſortem receptam quodq; emptor uſu
ras exercere conſueuerit ut probatur ſecundū eum in.d.
c.ad noſtram,&.d.c.illo uos,& cum eis Dy.d.l.emptio-
ne referente Abba.in.d.c.ad noſtram & alii quos allegat
Deci.& ſequitur conſi.clxvii.neq; uideatur inferri ex hiis
duobus qui ex qualitate facti non quantitate præcii eſti-
matur.l.dolus.C.de reſcindēda uenditio.cum ſimilibus.
Nihilominus pactum.d.l.ii.concurrente cū modico pre-
cio ſufficiunt ut uult glo.d.c.ad noſtram clarius tamen in
c.conqueſtus de uſur.circa fin.& cum ea Inno. Hoſti.Io.
an.Imo.But.& Abb.d.c.ad noſtrā, Imo.&.d.c.illo uos
& ibi.d.c.ad noſtram Abba. inquit idem tenere Arch.d.
c.pleriq; neq; Henr.boich.diſcedit ab eo cum uterq; refe
rat Inno.etiam ſi ſucceſſiue referant Ray. de penaforte
abſq; eo ꝙ ſe declarent Alex.etiam ſibi contrarius ſentit
cum glo.& ſequacibus conſi.cxx.in prin.eo.uol. & cōſi.
xlvi.iii.uol.circa præſentis.i.col.ubi aſſerit iſtam partem
uideri magis communem,& Idem dicit Deci.d. conſi.in
prin.adducens ultra Abba.de roſa,d.l. emptione plures
conſulentes in hunc ſenſum licet cōtrarium teneat nec eſt
uerum ꝙ Io.an.aliud dixerit in.d.c.illo uos in quo & in.
d.c.ad noſtram tenet cum gloſ. Reſpondens ad.d.l.do-
lus quod qualitas facti eſt in hoc quia infra certum tem-
pus reſtituere tenebatur glo.uero.d.c.ad noſtram arguit
dolum ex quantitate parui precii.l.cum hii.§, modus.ff.
de tranſacti.c.bonafides depo.Abb.autem.d.c.ad noſtrā

ait quod ex modicitate precii præſumitur qualitas contra
ctus glo. eſt notabilis in.l.i. de ſuperficie in uerbo agendo
Bar. in.l. cotem. §. qui maximus. ff. de public. cum nemo
præſumatur iactare. l. cum indebito. ff. de probat. facit. l. ſi
quis cum aliter. ff. de uerb. oblig. ubi dolus ex propoſito
& re ipſa equiparatur de quo ibi per glo. & docto. & ali-
quid per Abb. in.c. ſuper literis de reſcrip. pro obſeruan-
tia palatii facit quod Hoſt. in.d.c. ad noſtram cum aliis &
Io. an. etiam in.d.c. illo uos dicunt eſſe de facili cõtra uſu
rarios præſumendum quia peſſimum genus hominum
& quia ſic præſumi expedit eorum animabus. c. iuuenis
de ſponſali. gl. notabilis. c. unico de ſeru. in ord. faci. Abb.
c. cum tu. de teſti. quod deterior interpretatio eſt melior
2 & tutior quando imminet periculum animę † quo caſu ſit
extenſio etiam in penalibus & correctoriis ex identitate
rationis ut de hoc plura cumulat Fely. in.c. translato de
conſtitut. vii. colum. &. c. ſi cautio de fid. inſtru. colum. viii.
igitur dicamus hanc partem probari iuribus prædictis
aut articulo iurium ſeu ex uerbis ſeu ex mente quod ſatis
eſt nec obſtat glo. c. ſi. de iur. patro. l. nominis. §. uerbum
ex lege. ff. de uerb. ſign. probatur enim in.d.c. ad noſtram
ſecundum glo. d.c. conqueſtus cum etiam ſufficiat a'ſimili
inductio item ratio naturalis. l. non poſſunt de legi. l. ſcire
oportet. §. ſufficit de excuſ. tuto. l. cum ratio. ff. de bo. no.
damna. maxime ratione ſalutis eterne inducenda eſt &
firmanda propoſitio quæ ſecundum Abba. d.c. ad no-
ſtram eſt notabilis & uera nec admittendum quod non
fuerit inducta quia eſt contra mentem canonis cuius in-
tentus eſt dirigere hominem ad bonum commune ne dũ
ciuiliter uiuendo uerum etiam ſecundum fidem in deum
tendat cum charitate ut ait Ioan. an. in regula poſſeſſor in
mercur. & Abb. in prohemio decret. ante pen. col. cum in
aliis caſibus ſufficiat una coniectura ad præſumendum u-
ſuram & plures modos ſcripſerint docto. in.d. locis & in
d.c. ad noſtram dicat Ioan. an. tot eſſe fraudes uſurario
rum quod nec competens cadit prouiſio unde extenſio

iurium ad caſum & omnis lata interpretatio pro anima congruit menti iuris uel ex prædictis dicatur prouiſio iſta magis medicina q̃ pena prout excommunicatio.c.i.de ſenten.exco.in.vi.cogit enim ad bonum & in dubio tu‑tiorem partem eligit nam bone mentes quandoq̧ timẽt ubi nulla eſt culpa.c.ii.de obſerua.ieiu.& unuſquiſq̧ ſalu ti ſue bene conſulit ſi a tali contractu abſtinet cum cogita tiones hominum nequeant deo occultari.c.cum in ciuita te de uſur.ſi quis ſcrupuloſe ita egit edificat ad gehennã. c.per tuas.ii.de ſimo. quod eſt facile in dubiis talem ſibi cauſare conſcientiam maxime quia ut inquit Card.poſt Laud.ſupra iure poli poteſt fieri conſcientia item non di‑citur proprie pena nullitas contractus non diminuens de patrimonio in regula odia.in mercur. quia nec naturalis Inno.c.ſi uere de ſent.excom.& Fely.c.cæterum in uer‑bo prima reſtrictio de reſcrip.licet ſecundum domi.in.c. ſi.de elect.in.vi.quando leditur perſona pro uindicta tunc dicitur proprie pena de quo in dictis locis uidendum & hæc pars in iudiciis ſecurior quæ etiam ex premiſſis eſt communior ſaltim quoad canoniſtas quibus magis quã legiſtis in huiuſmodi materia peccati eſt credendum ſicut iuri canonico ſtandum in hiis.c.nouit de iudi. c.i.&.ii.cũ ibi not.per docto.de ope.no.nunci.prout a communi in omni materia non eſt recedendum.c. prudentiam de of. dele.Abb.poſt alios in.c.i.de conſti.præſertim quia glo. eſt pro deciſ.cuius auctoritas ſecundum Bal.l.cum here ditas.C.depo.omnes alias tollit auctoritates unde apo‑ſtilla ad Abb.in uerbo ſed neq̧ in.d.c.i.de conſti. uult ſe‑
3 quendam eſſe communem opinionem † niſi auctoritas gloſe ſit contra eam allegat multos ad hoc ꝙ non eſt ue‑rum uidemus enim iudices iudicari contra opinionẽ glo ſe quando communis opinio eſt contra glo.&recte ut di cit Abb.in.c.capellanus de fer.& Iac.But.qui in apoſtilla adducitur in.l.unica.C.qui pro ſua iuriſd.non dicit ſequẽ dam glo.ubi firmat pedes niſi uſus ſit cum ea quia ſi con‑tra recedas ait ab ea hic quia palatium eſt cum ea ſequa‑

mur eam ſuperat enim auctoritatem cuiuſq; interpretis cum ſit proximior & quaſi anima textus.

Secundæ deciſ. de uſu. Summarium.

Vtrum ſicut in contractu emptionis ita dationis & receptionis in ſolutum pactum de retrouẽdendo cum modicitate precii faciant præſumere fenus.

Epithome.

1 Contractus dationis in ſolutum an feneraticius modicitate precii concurrente cũ pacto de retrouendendo præſumatur.

Secunda deciſio.

SEd an quod dicitur in. d. c. ad noſtram cum materia
1 ꝙ ex præmiſſis duobus præſumitur fenus † in emptione locum habeat in datione in ſolutum ſup hoc Fulg. conſi. cxxxiiii. Deci. conſi. xviii. & clxvii. & Iaſ. cõſi. incipiente reuocatur in dubiũ quod fuit oſtenſum in cauſa Lunen. bonorum uoluerunt ꝙ non contrarium teneat Ang. conſi. ccxliii. circa fi. Imo. conſi. xcix. & Barb. conſi. 51. lib. i. pro quibus facit. l. elegãter & ibi Pau. de ca. ff. de pigno. acti. Rota uero habuit uaria uota mihi placet affirmatiua quia rationes & fundamenta proxime concluſionis procedunt etiam in datione in ſolutum ex identitate rationis fundamenta hinc inde uideas plene per conſulentes in dictis locis quæ conferunt etiam ad proximam concluſionem.

De priuilegiis.

Primæ deciſ. de priuileg. Summarium.

Priuilegium ſuper quarta ſeu portione canonica non ſoluenda conceſſum, eſt ualidum licet de poſſeſsione rectorum uel aliorum participantium eam non faciat mentionem uel ſic priuilegium de nõ ſoluenda canonica portione præiudicat poſſeſſoribus etiam ſi de poſſeſsione nihil dicat.

Epithome.

1 Priuilegium de non ſoluenda canonica portione conceſſum ualidum exiſtit licet de poſſeſsione alterius illam percipienti mentionem non faciat.

2 Priuilegium cõceſſum ſuper decimis antiquis ex quo ab aliquo posſideri præſumuntur tacite poſſeſſoribus derogatum eſſe uidetur ſecus eſt in priuilegio noualiũ.

Prima deciſio.

FRATRES minores de obſeruantia moleſtabantur a capitulo & clero Cuſentin. & Neocaſtren. ſuper portione canonica ordinariis de iure cõmuni debita coram me. 1513. & ſup exemptione a non ſolutione producebant breue † Iulii ſecundi confirmãs cõtenta in priuilegiis Sixti quarti mare magnum ab eis nuncupatum in quibus de liberatione a dicta portione dicitur & de ea de nouo concedẽs dicebatur quod non releuabat ex quo non faciebat mentionem quod dictum capitulum & clerus erat in poſſeſſionem percipiendi dictam portionem prout habetur de priuilegio decimarum noualium in. c. dudum de priuile. & de colorata facti poſſeſsione in. c. cum noſtris de conceſ. præben. & licet Old. conſi. cclxviii. iſtud teneat nihilominus domini concluſerunt abſolutoriam dari fratribus prout dedi ex eo quia Iulius ſciebat aut cogitabat antiq̃

portionem huiuſmodi per aliquem percipi & conſequenter posſideri & non dubitabat quin præiudicaret hiis quibus iure communi aut alias erant debita & qui ſimiliter reperiebantur in poſſesſione percipiendi quoniam recte credebat aliquem cui ius competeret eſſe in poſſesſione pro quo Rota.xii.de reſti.ſpoli.in antiq. dicens quod in cauſa poſſeſſorii ſi agatur inter epiſcopum & abbatem cę
2 teris paribus præſumitur ꝓ epiſcopo.ſicut in decimis†antiquis præiudicatur poſſeſſoribus ſecundum Butr.Io.an. Car.& Abb.in.d.c.dudum ponentem rationem diuerſitatis inter decimas noualium de quibus loquitur.d.c.decimus ſimpliciter quia decime ab aliquo posſideri præſumuntur & ideo concedendo priuilegium uidetur poſſeſſoribus tacite derogare &de poſſesſione tacite facere mẽtionem ſecus in priuilegio ſeu decimis noualium qa intelligitur de terris quæ adhuc non ſunt redacte ad culturam & ſic poterat eſſe ꝙ nullus habebat poſſesſionem illaꝝ & ſine priuilegio forſan nullus reduxiſſet ad culturã unde Papa facile hoc concedit ex quo non tendit in graue præiudicium alioꝝ quando uero erant ad culturã redacte & ex eis decime ſolute ante priuilegii impetrationem graue præiudicium infertur poſſeſſori de quo non eſt præſumẽdum ad iura uulgaria & hoc teneas ait Abb.licet Inn.uideatur idem ſentire in aliis decimis id quod But.& alii tenet Mil.in uerbo priuilegium impetratum ſuper decimis quia decime antique reperiuntur communiter per aliquẽ posſideri nõ ſic in noualibus in quibus contrarium creditur & Deci.conſil.cxiii.ubi reſpondet ad motiua Old.& plura pro concluſione iſta adducit & plura ad hoc ponit Car.in.c.pe.de deci.in fi.ubi omnino uide.

Secundæ deciſ.de priuileg.Summarium.

Prærogatiue Leonis decimi deſcriptis in deſcriptione conceſſe non habent uires a die regulæ generalium prærogatiuarum.xviii. decembris anno.iiii.publicate in qua

ſaluantur prærogatiue deſcribendis cõcedendæ ſed a die deſcriptionis tantum.ſ.a kal. Iulii.1519.anno. vii. uel ſic gratia prærogatiuarum deſcriptorꝝ a Leone reſpicit futuras non præteritas uacationes beneficiorum.

Epithome.

1 Deſcripti omnibus præferuntur exceptis Cardinalibus.
2 Prærogatiue deſcriptis conceſſe a die date locũ habent.
3 Data ne dum inter ipſos deſcriptos uerum etiam inter alios inſpicitur.
4 Ratio in arbitrariis reddenda non eſt.

Secunda deciſio.

PRout occurrit ita propoſui in una Brixien. parrochialis corã me de menſe februarii.1521.inter Robertum urſinum archiepiſcopũ reginum actorẽ & epiſcopũ pollen.reum an prærogatiue conceſſe deſcriptis a Leone kal.Iulii.1519.anno.vii.habuerint uires a die xviii.decembris anno.iiii.eiuſdem Leonis quo fuit publicata regula ponens cellulas inter expectantes in qua eſt clauſula ſaluis prærogatiuis deſcribendis concedendis in quibus per eam noluit in aliquo derogari non ob. alia regula prima decẽbris.1517.anno.v.Leonis publicata uolen.quod nulli expectanti priuilegia ſeu antelationes quęcunqꝫ prodeſſet donec leo expediuiſſet & in cancellaria publicari feciſſet literas prærogatiuaꝝ pro familiaribus ſuis continuis commenſalibus antiquis in eiſdem literis deſcribendis præterquam conceſſa per dictam regulam. xviii.decembris publicatam nam Robertus qui illuſtris præferebatur ad primam regulam epiſcopo non illuſtri ſed epiſcopus erat deſcriptus tertius in ordine deſcripti
1 †autem præferuntur omnibus exceptis Cardinalibus uerum quia beneficium uacauerat.ante datam deſcriptiõis
2 dicebat† Robertus deſcriptionem non habere locum &

ita fuit concluſum cum non operetur niſi a die date non antea ex quo uirtus conſtitutioni non trahitur ad præteri ta.l.leges.C.de legi.c.fi.de cõſti.maxime quia in eiſdem literis cauetur quod ualeant ab earum data abſque publi catione ergo non ante datam non obſt. ꝙ ſequitur ipſiſ familiaribus ad effectum probationis in iudicio & extra ubilibet a data præſentium duntaxat ſuffragentur per om nia ac ſi locis perſonis &temporibus debitis publicate fo rent quia non ſequitur prout pro parte polen. allegaba-
3 tur ꝙ datis† inter ipſos ſolum deſcriptos inſpiciatur in- ſpicitur enim etiam ſi inter nõ deſcriptum & deſcriptum agatur & diſponitur tantum quod regule arctent & uim habeant etiam ſine publicatione non ob. quod iuxta re- gulam primam decembris debebant in cancellaria publi cari ſi enim Papa datam inter ſolos deſcriptos conſide- raſſet id expreſſiſſet.l.unica.§.ſin autem ad deficientis.C. de cadu.tollen.c.ad audientiam de deci. & quia non ex- preſſit intelligitur quoad omnes.c.erit autẽ.iiii.di. patet quoniam in regula prima decemb. uolens dixit ꝙ nulla prærogatiua proſit quouſque deſcribat exceptis conten- tis in regula prima unde conſtat quod tales proficiunt & iſtud ſigillat deciſionem neque obſtat clauſula præcedẽs ibi & inſuper cupien.ut inrer infraſcriptos familiares ſer- uetur ordo prærogatiue &c.quaſi ex ea ſumatur ratio fi- nalis.l.fi.ff.de here.inſti.ut inter ſolos deſcriptos, quia po nitur ne inter eos dubitetur an magis qualificatus præfe- ratur minus qualificato prius deſcripto in literis cum re- gulariter nõ inſpiciatur ordo.l.ne enim de ſolut.& in rub. de acti.& obli.l.quidam de pecul.lega.& Bart.in.l.ii.in prin.circa finem.ff.de uulga.& pupil.non autem ponitur pro prohemio aut reſtrictiue neque contradicit quod tẽ- pore Alex.& Iul.non erat deſcriptio & tamen familiares antiqui gaudebant priuilegiis deſcriptorum & ſtabatur atteſtationi magiſtri domus qui eſſent tales & nihilomi- nus inter eos uarie erant lites quia ſi ita erat ut aduocatus Polen.aſſerebat nõ infertur contra deciſionem item tem-

pore Iulii ſuper hoc emanauit regula declarans & prærogatiuãs, Leo autem declarat quod inter deſcriptos ordo inſpiciatur ad regulam primã ibi ſaluis &c. dic quod præſeruat poſtquam erunt date prærogatiue non ꝙ prius loquantur cum non dum ſint in rerum natura uel hoc tollitur ꝑ aliam regulam uolens ꝙ ante deſcriptionem expectan. gauderent beneficio prime regule item ratio ſecunde regule potuit eſſe quia erant conceſſe multe prærogatiue pluribus perſonis & etiam collegiis ut ſcriptorum, cubiculariorum, ſcutiferorum & aliorum & ne ſic prærogatiuati uincerent magis qualificatos de quibus in prima regula bonum fuit prouidere per ſecundam regulam, nec eſt reſpondendũ quare Papa tardauit in deſcribendo ſu-
4 os cum in arbitrariis †non ſit reddenda ratio & ſic placuit. §. furtiue inſt. de uſucap. iuxt. glo. not. in. l. repetitia. C. de conſtitu. pec. facit. l. omnium &. l. ꝙ principi de legi. &. l. quia poterat cum ibi not. ff. ad trebell. ſecundo ut audiui a Cardinali ſanctorum quatuor in ſignatura audiẽte Leone & non contradicente ideo tardauerat & diſtulerat ut non deſcribendi interea poſſent aliquem fructum ſuarum expectatiuarum conſequi.

Tertiæ deciſ, de priuileg. Summarium.

Indulta Cardinalium non ampliant facultatem diſponendi de beneficiis ſed præſeruant ordinariam poteſtatẽ tollendo obſtacula.

Epithome.

1 Cardinales indultoꝶ uigore in ſuis eccleſiis an de electiuis & patronatis beneficiis libere abſq; electione & patronorum præſentatione diſponere poſſint.

2 Indulta Cardinalibus in eccleſiis quibus præſunt conceſſa præſeruant non autem ampliant iuriſditionem tollẽdo obſtacula & nu. 4

3 Indulta Cardinalibus conceſſa licet in odium concedentis latiſsime ſint interpretanda tamen ſine alterius cuiuſque iniuria intelligi debent.

Tertia deciſio

ORdinarium eſt ꝙ Cardinalibus habentibus eccleſias Cathedrales & Abbatias Papa cōcedit indulta, ut de omnibus beneficiis ad eorum collationē institutionem ſeu quanuis aliam diſpoſitionem pertinentia libere diſponant perinde ac ſi reſeruationes gratie ex-
1 pectatiue uniones &c. non emanaſſent. Vtrum † de patronatis uel electiuis poſsint libere prouidere uel ſolum habeant inſtituere & confirmare ad præſentationem patronorum & electionem habentium ius eligendi, & licet aliq dicerent quod ampliabatur poteſtas per ea quæ Domi. & Phil. Franch. poſt alios no. in. c. cum in illis. §. illis autē cum. §. ſeq. de præben. in. vi. alii uero ꝙ dabatur facultas accumulatiue non priuatiue taliter quod eſſet locus præuentioni ſicut in præſcriptione uoluit Hoſt. & Ioan. an. in c. paſtoralis de offi. ordi. de quo tamen per Abba. ibi & in c. auditis de præſcript. iiii. col. & ubique per Fely. tamen
2 maior pars † tenuit ut impedimenta tantum & materiæ præuentiue tollantur cum debeant intelligi, ut non præiudicent aliis ordinariis & ſine cuiuſque iniuria. l. nec auus . C. de emancip. l. ii. §. ſi quis a principe. ff. ne quid in loc. pub. c. ſuper eo de offi. delega. c. audita. cum multis ſi. de reſti. ſpoli. facit optime glo. in. c. præſenti de offi. lega. in.
3 vi. nec obſtan. quod ſint † latiſsime interpretanda. l. fin. ff. de conſtitu. princ. c. olim de uerbo. ſigni. quia procedit in odium concedentis. c. cum dilectus de conſue. glo. in cle. ſi de beneficio de præben. Cal. cōſi. vii. de reſcrip. & alias ſunt accipienda ne multum ledant tertium ut not. in. d. c. olim de conſuetu. & per hoc conſtat non obſtare not. in d. c. in illis. Nec obſtat uerbum libere quaſi excludat concurſum aliorum & poſsit quis ſine alterius conſenſu &

citra omne impedimentum ac ſic in propoſito abſq; præſentatione ad glo.in cle.dudum de ſepul.& in cle.ii.de iure patro.in uerbo libere & no.per Abb.in.c. omnis &.c. penult.de penit.& remiſſ. & ut aliquid addat quod ſolus Car.poſſit quia debet coniungi uerbum libere cum uerbo poteſt ſeu poſſit perinde ac ſi gratie expectatiue &c. nõ emanaſſent & tantum ſolum inducit remotionem obſtaculorum & ut libertatem diſponendi non impediant expectatiue nec alie gratie preuẽtiue ſicut habetur in.c.i. de re.permu.in.vi.ubi uerbum libere nil aliud operatur, & quod ita Papa uoluerit innuunt dicta uerba & non eſt opus alia expoſitione.l.ille aut ille.§. cum in uerbis.ff.de lega.iii.l.pen.C.de lib.præte.& eſt iuri conforme & ſatis

4 quod conſeruet Car. †in ſua iuriſditione ordinaria & remoueat obſtacula,& quo ad illud quod eſt ordinarie poteſtatis libere aget abſque impedimento,ut inſtituat confirmet præſentet prouideat pro parte ſua ſine conſenſu expectantium & aliorum ſalua præſentatione & electione ſeu participatione in prouiſione aliis competenti & de natura uerbi libere uide etiam per Abb.in.c. ſi pro debilitate de offi.deleg &.c.i.de offi.ordi.& in una paduan. & aliis Rot.interpretata eſt indulta Cardinalium ut nihil iuris conferent ſed tantum præſeruent niſi eſſet aliqua clauſula ultra ſolitum regulariter in qua aliquid ultra daretur quia tenor inſpiciendus eſt.c.porro de priuileg.

Quartæ deciſ.de priuileg. Summarium.

Indulta Cardinalium tollentia materias & gratias præuentiuas non tollunt nec impediunt regreſſus uel ſic. In regresſibus non eſt neceſſaria mentio aut derogatio indultorum Cardinalibus conceſſorum uel concedendorum quo minus adueniente caſu effectuentur abſque eo quod Cardinales in talibus beneficiis in præiudicium regreſſuum diſponere ualeant.

Epithome.

1 Regreſſus ad beneficia nõ obſtante indulto Cardinali or dinario collatori conceſſo ualent ac data uacatione ef fectum ſortiri debet etiam de indulto huiuſmodi men tione non habita.

2 Indulta & alternatiue Cardinalibus & aliis ordinariis cõ ceſſa latisſimam capiunt interpretationem.

3 Alia hæc dictio ſimilia & paria non disſimilia nec maio ra aut alterius nature includit.

4 Regreſſus de ſtilo præſeruantur nec ſuſpenduntur in reſi gnationibus.

Quarta deciſio.

MEo tempore obtentũ fuit in palatio quod regreſ
1 ſus †ad beneficia ualeant & data uacatione effe ctuentur non obſtante indulto Card. ordinario in quo conceditur ei libera diſpoſitio omnium beneficiorũ eccleſiæ Ciuitatis & dioceſis quibus preeſt perinde ac ſi expectatiue reſeruationes uniones & ſimiles gratie pre uentiue non emanaſſent taliter quod ſub indulto non cõ tinentur nec Cardinalis de talibus beneficiis diſponere poteſt licet in gratia regrediendi de indulto conceſſo aut concedendo mentio facta non ſit nec derogatio ſi fieret
2 mentio quia & ſi huiuſmodi indulta †preſeruent ordina rios Cardinales a gratiis preuenientibus uacationem ut dico in illa deciſione de natura indultorum incipientem. Ordinarium eſt & ſint fauorabilia ſicut alternatiue ex eo ꝙ remouent obſtacula & reducunt ad ius cõmune. xxxv. di. ab exordio glo. in. c. ſtatutum de preben. in. vi. & An cha. conſi. cxxxi. & gratia regreſſus non uideatur iſtius generis cũ per eam detur ius & facultas ad uacatura ut in c. ſi. de conceſ. preben. eo. libro patet ex quo datur per ceſſum uel deceſſum aut quanuis aliam uacationem & in

coadiutoria de conſenſu cum futura ſuccesſione tentum ſit quod ſubiiciuntur concordatis Germanie excludentibus gratias præuentiuas ut in deci.incip.concordata Germanie nihilominus ex quo habent cauſam & pendent a iure de præterito in quo fundantur patet in illa clauſula regredi ualeas tam tui priori tituli q̃ præſentium uigore nō ſunt mere & ſimpliciter ſub materia preuentiua quæ nihil preambuli ſupponit,& de qua in indulto princeps loquitur ut conſtat quando tollit obſtacula expectatiuarum̄ reſeruationum & aliarum diſpoſitionum nam expreſſa nihil habent iuris præteriti ſed omnino futuri & generalis clau
3 ſula ac dictio aliæ †gratie aut uerbum equipollens accipiuntur de ſimilibus & paribus non de disſimilibus nec maioribus uel alterius nature, ſed iuxta expreſſa & ſubiectā materiam.c.ſedes & ibi glo.de reſcrip.&.c. q ad agendū de procura.in.vi.&.l.ſi uno.ff.loca.cum ſi.Item regreſſus præſeruantur ex ſtilo nec ſuſpenduntur per reſignationes ut in.d.deciſione cōcordata &c.ubi collige diuerſitatem inter regreſſus & coadiutorias quæ nullum ius præexiſtens habent & alias uidentur ſapere uim contractus cum principe ad.c.noſtrā cū materia de ꝓba.atq; publicā reſpicere utilitatē de quo latius in.d.deciſio.ubi etiam dubitatiue de acceſſu & differentia & ſimilitudine inter ea.

Quintæ deciſ.de priuileg.Summarium.

Indulta concedentia Cardinalibus liberam diſpoſitionem de beneficiis in eccleſiis & dioce.eis commisſis uacantibus extra curiā quomodolibet etiam ceſſantibus cōmendis non obſtantibus ſpecialibus reſeruationibus & de uacantibus in curia ut in appoſtolicis prouiſionibus ſuum habeant præſtare conſenſum ſub pena nullitatis præterq̃ per reſignationem in manibus Pape non continent beneficia in manibus Pape ex cauſa reſignationis uacantia quę Papa ad uitam commendat ceſſante poſtea commenda & uerbum uacationis in indulto appoſitum de uacatione

iuris non facti tantum intelligitur & per talem commen-dam non expirat reſeruatio neq; affectio.

Epithome.

1 Impetratio de beneficio uacanti per ceſſationem cõmen de de quo antea per reſignationem in manibus Papæ commendatum extiterat indulto Cardinali ordinario collatori conceſſo non obſtan. ualida fuit reputata.

2 Beneficium commendatum ad uitam commenda ceſſan te uacat eo modo quo prius.

3 Indulta Cardinalibus ordinariis collatoribus conceſſa ex quo per ea fit redditus ad ius commune in dubio non autem in caſu claro ubi coniecture & interpretationi locus non exiſtit latisſimam contra concedentem ca piunt interpretationem.

4 Verba ad ius iuriſq; intelligentiam & non ad factũ factiq; interpretationem ſunt referenda.

5 Beneficii uacatio per obitum illius qui titulum etiam ſine poſſesſione habebat nõ autem illius q ſine titulo poſ-ſidebat inſpicitur.

6 Poſſesſio ſola facti non dat ius beneficialibus.

7 Commenda Pape afficit futuram prouiſionem.

8 Regula de impetration. beneficiorum per obitum fami-liarium Cardinalium uacantiũ locum habet etiã ſi be-neficia familiaribus prædictis commendata forent.

9 Commenda eſt canonicus titulus non autem titularis p-uiſio extinctiua reſeruationis, & nu. 15

10 Ceſſatio cõmende detegit uacatio iuris antea cauſata.

11 Cõmenda perpetua ſiue ad incertum tempus facta an re-ſeruationem extinguat.

12 Reſeruatio non expirat per commendam ad uitam.

13 Commenda & unio eſt quædam palliata diſpenſatio.

14 Reſeruatio facta per Papam per uerbum collationi ita af ficit & ligat ſicut uerbum generale diſpoſitioni uel pro uiſioni.

16 Reſeruatio nec affectio ꝑ unionem ad uitam ſeu quãdiu beneficium obtinuerit non expirat.

17 Vnio & commenda ad uitam in multis fraternizant.

Quinta deciſio.

1 Commendauerat Papa beneficium uacans † per ceſſionem in manibus ſuis ad uitam cuidam obiit poſtea cõmẽdatarius unus impetrauerat a ſede apoſtolica abſq; conſenſu Cardinalis fuit concluſum de menſe Martii. 1522. In una Iporegien. parrochialis coram domino Camillo de ballionibus duobus contradicentibus & iudicatum ualere prouiſionem non obſtante indulto Cardinalis ordinarii requirente in uacantibus in curia ipſius conſenſum alias annullante & hoc ſuppoſito quod

2 decedente † commendatario ceſſat commenda ac uacat eo modo quo prius uidelicet pro reſignationem prædictam cum uſque ad prouiſionem titularem aliam a commenda duret eiuſmodi uacatio & reſeruatio ſecundum Fede. de ſe. in tracta. de benefi. permu. q. xv. Rot. de conceſ. præben. v. in antiq. Lud. Rot. conſi. cccl. & ſtilum cancellarie & Camere in forma literarum in quibus Papa ita aſſerit, nam uerba illa indulti quomodocunque commende ceſſarent reſpiciunt primum caput uacantium extra curiam & ſic extra ipſum nõ debent operari. l. in agris. ff. de acqui. re. domi. & c. i. de ſepul. & quando eſſent in ſecũdo capite circa uacãtia in curia intelligerẽtur extra caſum exceptuatum preterq̃ ꝑ reſignationem in manibus Pape ne incontinenti uideretur Papam ſe corrigere. l. nõ ad ea. ff. de condi. & demon. nec ſequitur quod ſemper remaneat in manibus Papæ & uacatio in curia quando Papa commendat ex quo de uacante extra em ſæpe fit commenda abſq; ceſsione uel alia uacatione in ſuis manibus prout etiam de non uacanti quandoque fit unio. c. conſultationibus de dona. cum ſi. In quo caſu poterit dicta clauſula effectuari & non erit inutilis ſicut eſſe non debet. c. ſollicite

licite de maio.& obe.l.ſi quando.ff.de leg.i.& quanuis in
3 terpretatio † latisſima fieri debeat contra concedentem
præcipue quando concernit fauorem ordinarii & ſubla-
tis impedimentis fit reditus ad ius commune ut hic quæ
ſunt fauorabilia.l.fi.ff.de conſti.princ. glo.in cle.ſi de be-
neficio de præben.& glo.etiam in.c.ſtatutum de offi. de-
leg.c.cum aliquibus & ibi Domi. de reſcript.in.vi.xxxi.
di.ab exordio & Anch.conſi.cxxxi.& omnis uacatio ui-
deatur debere conſiderari propter uerbum quomodocũ
que.l.i.§.generaliter.ff.de lega.præſtan. & ſic etiam uaca
tio facti per ceſſationem commende ſi talis dari poteſt ta
men hæc omnia ceſſant ex eo quod ſumus in caſu claro
& exceptuato excludente omnem coniecturam & inter-
pretationem non in dubio ubi couiecturarum locus exi-
ſtit.l.ille aut ille.§.cum in uerbis de leg.iii.&.l. continuus
.§.i.ff.de uerbo.obliga.certum autem & apertum non eſt
pro dubio & incerto relinquendum.xxxv.q.v.iudicãtem
eſſet enim quædam ut ita dixerim contrarietas contra.l.
ubi repugnantia.ff.de reg.iur.dicere quod uacatio iſta per
ceſsionem in manibus Pape durans propter commen-
dam non eſſet exceptuata ab indulto ſeu etiam reſtringe-
re uerba indulti ad uacationem facti aut commende ceſ-
ſationem ſpreta uero iuris uacatione quod ſonaret in ab-
4 ſurdum cum uerba † ad ius iuriſque intelligentiam non ad
factum aut facti uacationem ſint referenda to.ti.de uer
5 bo.ſigni.item in beneficiis non inſpicitur uacatio † eius
qui abſque titulo posſidebat ſed eius qui titulum obtine-
6 bat etiam ſine poſſesſione ex quo ſola facti poſſesſio † nõ
dat ius nec conſideratur etiam in interdicto recuperande
requirente titulum ſaltem coloratum.c.i.de regu.iur.in
vi.l.haberemus.ff.de decur.& Inno.in.c.in literis de re-
ſtitu.ſpolia.& ſicut Papa excluſit hunc caſum excipiendo
ita incluſiſſet concedendo uel non exceptuaſſet ſi uoluiſ-
ſet.l.unica.§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tollen.
nec poteſt ſtare quod alias uideatur nihil operari ex eo quod
iam dat Papa de uacanti in curia etiam ſi fuerit affectum

7 & reſeruatum & ſciat quod commendando † afficit futu-
ram prouiſionem ad ſe reuocando & quod remaneat re-
ſeruatio.c.ii.de præben.in.vi.ratione cesſionis ſecundum
glo.in.c.is cui de elect.eo.lib.& Lud.ro.d.conſi.cccl.qua
ſi uideatur etiam concedere in hoc caſu quoniam ut eſt
dictum iſte caſus eſt nominatim præſeruatus & ad hoc
confert deciſ.incipiens unus familiaris, neq; refragatur
8 quod regula.xxx. † de impetrantibus beneficia per obitū
familiarium Cardinalium uacantia ut teneantur exprime
re nomen & habere conſenſum Cardinalium meruerit in
terpretari locum habere etiam in moriente commenda-
tario prout dico in illa deciſione incipiente uoluerunt do
mini quia ibi potuit eſſe ex eo quod iuxta tenorem regu
le ſufficit familiares durante familiaritate beneficia obti-
nuiſſe & in illis ius eis competiiſſe cum commendatarii
noſtri temporis qui faciunt fructus ſuos & ius competat
9 & canonice obtineant cum commenda ſit † titulus canoni
cus ſecundnm quid & ad hæc conferunt not.per Alex.c.
i.col.pen.xliiii.di.glo.in.c.nemo deinceps de elect.in.vi.
& Mil.in uerbo commenda an ſit titulus canonicus & in
uerbo commendatarius poteſt præſentare unde eſto q͛d
ante familiaritatem ad Cardinalem Papa commendaſſet
uacans beneficium per cesſionem in ſuis manibus & eo
tempore inſpiciatur uacatio tamen regula uidetur cōten
tari quod beneficium tempore familiaritatis fuerit obten
tum etiam ſi uacauerit finita familiaritate itaque non curat
nec exigit neceſſario uacationem tempore familiaritatis
uel ſecundo potuit eſſe ex hoc quod ratio regule ſit ob
impenſas & onera quæ Cardinales ſubſtinent pro eorum
familia ſecundum Rot.in antiq.xvi.de præben.quo attē-
to idem eſt in ceſſatione commende per obitum & ſi fuiſ
ſet conditor interrogatus uerisſimiliter expresſiſſet ad q͛d
.l.tale pactum.§.ſi.& ibi glo.ff.de pac.& in caſu concluſio
nis eſt exceptuata uacatio per cesſionem aut ſatis caſus
expreſſus tollit coniectura uerisſimilitudinis & identitatis
rationis & ſumus in gratia dependente a mera principis

liberalitate præterea regula quæ eſt ius admittit interpre-
tationem extenſiuam aut declaratiuam ſeu alias quas pro
ſequitur Bar.in repetitione.l.omnes populi in.vi.q.prin-
cipali col.xv.cum ſe.ff.de iuſti.& iur.non ſic indultum ni-
ſi contra concedentem in dubio quod in propoſito non
cadit ut eſt oſtenſum nec fieri poteſt niſi deſtruendo lite-
ram & habito reſpectu ad facti uacationem uel commen
10 de ceſſationem item per commende † ceſſationem non
inducitur uacatio facti tantum ex quo magis detegitur ua
catio iuris antea cauſata. Sed contra concluſionem facit
Rot.Biſignet,in antiquior.prima de præben.& de elect.
11 vii.in antiq.ubi per commendam perpetuam † item per
ea quæ fit ad incertum tempus ſcilicet donec aliquis fue-
rit poſſeſſionem epiſcopatus aſſequutus expirat reſerua-
tio tanquam diſpoſitio perpetua ob dubium conditionis
euentum quæ poteſt non exiſtere ergo idem in ea quæ fit
ad uitam & ſic perpetuo.l.i.pro ſoc.& eſt incertum quã-
do.l.i.ff.de condi.& demo.uel ſi fiat quandiu quis bene-
ficium cui fit unio obtinuerit ut dicamus quod ea dunta-
xat commenda quæ fit ad ſex menſes aut aliud certum
tempus iuxta terminos.d.c.nemo deinceps ſit illa per
quam non expiret reſeruatio in quo articulo Domi.&
Phil.Franch.in.d.c.& Fran.paui.referens domi.in tra-
cta.de pot.ca.ſe.ua.in ſecunda parte principali.q.iii.uo-
lunt quod ſi Papa reſeruat ſue prouiſioni uel diſpoſitioni
tunc expirat ſecus ſi ſue collationi per rationes de quibus
ibi & cum propterea dubitarem & id quærerem a domi-
nis meis aliqui dixerunt ſemper ſuo tempore tentum
12 quod non expiraret † per commendam ad uitam & pro
hoc & concluſione reperio Collect.in.c.ſi conſtiterit.q.
ult.de accuſa.adduce plura fundamenta & dicere quod
curia iſtud amplectitur quanuis contrario opinio uidea-
tur ſibi equior & pro obſeruantia curie ultra prædicta fa-
ciunt multa quæ Paui.colligit in.d.q.iii.& Lud.ro.in di-
cto conſi.cccl.& hoc quod licet huiuſmodi commenda-
tarius faciat fructus ſuos ex conceſſione non ideo com-

menda inducit titulum facientem incompatibilitatem & ita ſeruatur.c.dudum.ii.de elect.neque eſt prælatus is cui per quæ reſpondetur ad obiecta & ad illud de dubio euẽtu habente ſe ad eſſe & non eſſe cum ſedes apoſtolica nũquam moriatur.c.ſedes de reſcrip.in.vi. & contingens ſit ac incertum quod duret uel non beneplacitum ipſum nec uidetur concludere ratio differentie Domi. & ſequacium quia licet uerbum diſpoſitioni ſeu prouiſioni contineat omnem modum per quem prouidetur eccleſiæ & hæc eſt eorum conſideratio tamen per commendam etiam huius temporis ad uitam non prouidetur eccleſiæ quæ non habet ex tali prouiſione prælatum ut Fede. Lud. ro. Old.& alii ſupra bene prouidetur perſone ut faciat fru-
13 ctus ſuos & idem dicimus in unione † ad uitam patet etiã quia utrunque eſt quædam palliata diſpenſatio ut in.d.c. dudum & idem Domi.qui ad hoc allegatur cõſi.xxxviii. deficit ergo ratio nec iure probatur & magis eſt uerbalis differentia quam realis.l.ii.in fi.C.Co.de lega. uel ſaltem non concludit in hiis terminis item conſtat alias non dif-
14 ferre an Papa † reſeruet ſue collationi uel diſpoſitioni ut in.d.c.ii.ubi per uerbum collationi ſit reſeruatio quo minus omnium inferiorum manus ſint legate & quin poſſet Papa in terminis.d.c.uel conferre uel inſtituere iuxta naturam uacantis in curia beneficii & alias pro libito cle. i.in fi.ut lit.penden.perinde ac ſi reſeruatio eſſet facta per uerbum diſpoſitioni aut prouiſioni generale & quin duret reſeruatio ſicut & affectio donec prouideatur ſecundum Rot.xiiii.de præben.in antiq.ac.xi.In no. & hoc in
15 titulum cum per commendam † in caſu noſtro non fiat prouiſio titularis extinctiua uinculorum prædictorum ſed magis depoſitum cum reſeruatione future prouiſionis ceſſante depoſito ut ſuperius eſt demonſtratum dicamus igitur ex prædictis quod non iudicetur perpetua commenda quæ ſit ad uitam quem ad modum non dicitur perpetua commenda ſed temporalis unio ad uitam alicuius ſed quandiu beneficium cui ſit unio obtinuerit de

qua unione perpetua ac temporali & de differentia inter ea dico in illa deciſione incipiente facta erat unio ad uitã
6 ubi concluditur ꝙ † per unionem ad uitam ſeu quandiu beneficium obtinuerit non fit prouiſio de beneficio nec tollitur reſeruatio neque affectio ſecus per unionem per-
7 petuam & ibi conſtat quia fraternizant in multis unio † & commenda ad uitam & ꝙ uniones ad uitam & quandiu quis beneficium obtinuerit dicuntur temporales non perpetue ut idem dicamus in commenda ſimili maxime qa ratio diuerſitatis nõ apparet ideo coniungas motiua huius deciſionis cum illa & econtra ex quo una confert ad aliam & habebis aliquas conſiderationes in materia iſta notabiles quæ eſt in frequentisſimo uſu & quando aliquo reſpectu in caſu huius deciſionis appellaretur perpetua omnino ex prædictis non extingueret reſeruationem itẽ quia non extinguat obſeruat curia quam obſeruantiam omnes ſequi debent & conſuetudo in uarietate opinionum eſt optima interpres.§.fi.inſti.de ſatiſda.c.cum non liceat de ma.& obe.l.ſi de interpretatione.ff.de legi.&.c. cum dilectus de conſue.

Sextæ deciſ.de priuileg.Summarium.

Clerici ſubiecti epiſcopo ſolent eximi a iuriſditione ꝓpter litem quæ occurrit ſeu mouetur inter ſubditum & ſuum ſuperiorem etiam ſuper cauſa ciuili primo ſine præfinitioue temporis poſtea ad tempus cum temperamento de quo hic.

Epithome.

1 Exemptus a iuriſditione epiſcopi clericus nõ exiſtit ex eo ꝙ lis inter ipſum & epiſcopum pendere dicatur.
2 Iuriſditio epiſcopi lite pend.inter ipſum & ſubditum eſt ſuſpenſa quo ad eam cauſam de qua agitur.
3 Papa ſolet eximere ſubditos a iuriſditiõe epiſcopi lite durante.

4 Subditus ſi durius & taliter a ſuo ſuperiore grauaretur ꝙ poſſit ad ſeuiciam reputari ab eius iuriſditione & ſubiectione eximi poteſt.

5 Defenſio unicuique etiam excommunicato de iure eſt permiſſa.

6 Exemptio licet regulariter & ſimpliciter durante lite con cedatur tamen ad ſuperioris inſtantiam ad tempus reſtringitur.

Sexta deciſio.

Licet inferior & ſubditus epiſcopo non ſit exemptus
1 †ab eo uel eius iuriſditione ſi ipſe contra epiſcopū
ſeu epiſcopus contra eum litem moueat ſiue in cauſa ciuili ſiue in criminali uel alia cum hoc non reperiatur iure cautum quin potius contrarium ut in.c.nonne.viii. q.iiii.& in.c.olim ubi etiam glo.de accuſa.ac Ho.& Abb.
2 notantes ꝙ pendente lite inter ſubditos † & prælatum ſuſpenſa eſt prælati iuriſditio quod eam cauſam & totum negocium ad ſuperiorem coram quo litigatur delatum ſuper aliis uero poteſt contra ſubditos ſuam exercere iuriſditionem alias abſoluerentur propterea ab obedientia quod eſſe non debet & probat tex.in.d.c.olim ibi contra
3 iuſtitiam ſpoliauit nihilominus Papa † in ſignatura ſolet tales eximere durante lite ne propterea ſuperior ſeuiat aut iniurioſe aliquid agat contra ſibi ſubiectum pro quo tex.d.c.olim in ar.& ratio quod propter ipſam litem odium concepiſſe ſuperiorem in inferiorem poteſt præſumi aut timeri hoc eſt quod Ho. dicit & Abb. ſequitur in d.c.ii.in.ix.fallentia de ſequeſtra.poſſ.& fruct.quod ſi aliqui conqueruntur de tirannide domini & propterea timetur ne ſeuiat in eos tunc bonus iudex facit illos aſſecutari ſi poteſt alias pendente lite ſequeſtrari idem ſi religioſi cōquerantur de prælatis ſuis ar.d.c.olim de accuſa.&.c.ex parte eo.ti.accedit dictum Ioan.fab.in.§.ſed & hoc tempore inſti.de hiis qui ſunt ſui uel alie.iur.quod ubi quis

4 †grauatur per ſuum ſuperiorem durius taliter quod poſſit ad ſeuitiam reputari poteſt eximi ab eius iuriſditione & ſubiectione ut in.d.§.& aliis iuribus adductis per eum & quod Hoſt.in ſum.de priuileg.dicit.§.qualiter amittatur.iii.col.dum infert datum uideri exemptionis priuilegium neq; ab ordinario opprimatur & ſi exemptus opprimat ordinarium amittere debet priuilegium ut puniatur in eo in quo deliquit.c.paſtoralis de iure patrona.xi.q.iii.priuilegium ſed iſta uel non aſtringunt uel parum faciunt ex quo fundantur in ſeuitia uel oppreſſione cum nō dicatur quis ſeuire aut opprimere agendo ex quo utendo iure ſuo uel permiſſione actione non facit iniuriam alicui.l.iniuriarum.§.i.ff.de iniur.c.cum eccleſia uulterrana de elect.quando potius quilibet prælatus iura ſue eccleſie defendere & pro illis agere tenetur pro quibus permittitur poſtulare alias negligendo peccaret.c.ſi.de poſtul.c.ea quæ cum glo.de offi.Archi.minus ſi ſe defendat quoniam iudicium redditur in inuitum, & omni iure eſt
5 †promiſſa defenſio etiam excommunicato.l.inter ſtipulantem.§.i.de uerbo.obliga.l.ut uim.ff.de iuſti.& iur.l.i.C.quan.licet unicuiq; ſi iudi.ſe uendi.c.intelleximus cum ibi.no.de iudi.&.c.dilecte cū ſi.de excep.Item ſi indiſtincte daretur exemptio facile ſubditi procurarent lites contra ſuperiores ut exemptionem mererentur & obtinerēt & eas diutius pro uiribus cōfouerent ac protraherent & præſtaretur occaſio delinquendi contra.l.ii.de indic.uidui.tollen.&.l.meminerint.C.unde vi.& talis ſtilus nutritiuus peccati debet potius refrenari.c.pen.de conſue.c.cum dilectus de hiis quæ vi metuſve cauſa ſi.& propterea in prima ſupplicatione ſubditi datur ſimpliciter exem-
6 ptio†durante lite poſtea ad petitionem ſuperioris ad tēpus prout de annis.1519.&.1520.In una lite inter capitulum Burgen.ex una & epiſcopum ex alia ſuper iuriſditione & in duabus aliis litibus inter alios ſignatura uſa eſt hoc temperamento quia poſt primam gratiam quæ eximebat durante lite in ſecunda cōceſſit exemptionem ad

tempus ſex menſium & non ultra ad hoc ut ſubditi eſſent diligentes ad cauſe expeditionem & nõ poſſent ultra malitioſe eam protrahere & ſecundum qualitatem cauſarũ & conditionem perſonarum concedetur plus uel minus de tẽpore exemptionis arbitrio ſignature quæ ſi cognoſcat ſuperiorem actorem differre expeditionem medebitur inferiori modo præmiſſo uel præfigendo terminum ſuperiori infra quem expediat & ſi diſtulerit cõcedendo exemptionem lite tali durante.

De uerbo.ſignificatione.

Vnice deciſ.de uerb.ſigni.Summarium.

